



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

Liber CCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)



Cretensis Insula a Turcis expugnata.

Claybor Sc. A.D.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCV.

ALEXANDER VII. PONTIF. MAX.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

§. I.

*Prædicantium oppositio adversus Bran-
deburgici Electoris decreta.*

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

Fervebant inter Brandenburgicos
Prædicantes diuturnæ altercatio-
nes, ex opinionum varietate ex-
Hist. Eccles. Tom. LXIII. A ortæ,

*Tuld. Hist.
decen. l. 3.*

Sæc. XVII. ortæ, propter quas mutuo sese convitiis ore & calamo non sine maxima ce-

A. C. 1663. terorum offensione proscindebant: ut ergo Fridericus Guilielmus Elector, qui neminem ob Religionis disparitatem vel odio habere vel colere solebat, horum petulantiae frænum injiceret, pro suprema, quam sibi sectæ suæ Architecti attribuerant, auctoritate Coloniam ad Spream varias leges, seu ut ipse vocabat, *consilia & mandata tam temporali, quam æternæ suorum saluti consecrata* præscripsit, ac primo quidem jussit, ut alienæ sectæ addictos tolerarent, eoquod omnes in fidei fundamento, seu in fiducia in merita Christi conspirarent. II. Amice inter se de controversiis disputarent, nec se invicem, nec Viros de Ecclesia bene, multumque meritos convitiis, injuriisque impeterent, minus vero eos odiose *sectæ Inventorum, aut Interpretum* agnomine provocarent. III. Abstinerent a consecrationum usu, quarum absurda & impia deducere solent. IV. A privatorum doctrina non arguerent ad universam Ecclesiam, nec ex privati Interpretis scripturistici opinione, Ecclesiæ dogma formarent. V. Dissidium ex diversis Scripturarum explicationibus, earum potissimum, quæ apud præcipuos controversistas non tantum guntur, non excitarent, harum vero con-

controversiarum merita probe discutere-
rent, ut non modo intelligant, an hæc vel
illa sententia probabilitatem attingat,
sed & determinent, an ad salutem ne-
cessaria, clareque in S. literis contineat-
ur; vel non, proin adiophora a necessa-
riis distinguant: eo ex capite voluit, ut
liberum sit, in Baptismo exorcismum
adhibere vel non. VI. Concionum
materiam desumerent ex puro Dei
Verbo, in Prophetarum & Apostolorum
codicibus fundato, in quatuor re-
ceptis Conciliis Oecumenicis & *variata*
Augustana Confessione ejusque apologia re-
petito (*). VII. Post prandium die-
bus

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

A 2

(*) Ast fidei articuli in Augustana Con-
fessione ejusque apologia explicati vel iisdem
verbis, sine ulla adjectione, subtractione &
permutatione & in eodem unoque sensu alte-
rius non capaci, in S. literis continentur vel
non! si primum, (quod tamen falsum est) tunc
superflua est hæc Confessio &c. si secundum,
tunc præter Sacram Scripturam hominum seu
Prædicantium ita S. textum interpretantium
verbis credunt, & sic verba hominum cum
Dei Verbo pro objecto fidei, & ejus expli-
cationem in Confessione A. factam tanquam
fidei suæ regulam amplectuntur: illam vero
infallibili demonstratione ex S. literis neces-
sario & clare, quin allegati textus alium
sensem

Sæc. XVII. bus Dominicis Lutheri Catechismum
A. C. 1663. explicarent. VIII. Ordinandi exami-
 narentur, & sui progressus in doctrina
 Christiana & controversiis periculum
 facerent, an principia fidei a Theolo-
 giæ dogmatibus distinguere norint. Ve-
 rum hæc Principis mandata displicuere
 Prædicantibus, præcipue Wittenbergen-
 sibus, qui adversus ea calamum acuen-
 tes, ab aliis Prædicantibus, eorum-
 que, ut vocant, consistoriis consilia,
 & oppositionis socios undique conqui-
 rebant, nec defuere, qui cum illis
 conspirarent, quocirca Elector suis sub-
 ditis, ne Wittenbergensem Academiam
 frequentarent, interdixit, cunctosque
 inde evocavit, simulque duos Prædi-
 cantes, qui hisce mandatis subscribere
 renuerunt, a cathedris removit: Be-
 rolinenses vero Prædicantes, inviti li-
 cet, nomen suum apposuerunt, quos ta-
 men Norimbergenses reprehendebant,
 eosque hortabantur, ut Electori pare-
 rent, eoquod cuivis Ecclesiæ liberum
 esset, hunc vel illum ritum cum Mi-
 nisterii & Ecclesiæ consensu immutare,
 donec unanimis totius Ecclesiæ con-
 sensus obtineri posset.

§. II.

sensum habere possint, deductam esse osten-
 dere deberent, quod tamen nunquam evi-
 cere, nec unquam evincant.

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. II.

Aliud diffidium Batavorum circa novam Liturgiam.

Ineunte hujus sæculi anno sexagesimo tertio Batavi ob fanaticum sectæ *Tuld. l. c. lib. 10.* diffidium graviter inter se collidebantur; cum enim Hollandiæ & Frisiæ Prædicantes abolita veteri liturgia novam cuderent, sequentesque preces e suggestu pro Magistratus incolumitate recitari præciperent: *Oramus te, supremum Numen pro iis, quos nobis præficere voluisti Hollandiæ ac Frisicæ Statibus, velut qui legitimus noster & supremus Magistratus sunt . . . item pro Magistratu, & Regentibus hujus loci &c.* mox comperta hac novitate ceteræ Batavorum Provinciæ in Hollandos & Frisones insurrexerunt, editisque scriptis huic liturgiæ contradixere, eoquod ejusmodi precum examen ac judicium sibi solis arrogassent, cum tamen id non ad unam alteramve Provinciam, sed ad omnes, Synodosque spectaret; ac insuper novo, insolito, ac temerario ausu arctiorem, quam inter se ante duodecim annos Hagæ Comitum pacti fuissent, unionem violassent: Verum res inter querelas hæsit; animosius autem eodem anno Batavi invidiam, odiumque suum in

Sæc. XVII. Catholicos exerebant; cum enim Fal-
A. C. 1663. ckeniffa olim Oirschottani Monasterii
 Abbatiffa ante quinquennium demor-
 tua, sicut in vita, ita & post obitum
 miraculis inclaresceret, ejusque cor-
 pus a corruptione immune esset, proin-
 ad ejus sepulcrum Catholici magno nu-
 mero confluerent, hinc Batavi edito
 Ordinum decreto præceperunt, ut hu-
 jus Sanctimonialis corpus exhumare-
 tur, atque e sepulcro suo ad Sylva-
 ducensem Ecclesiam translatum ho-
 nesto loco conderetur: Insuper hi non
 modo mortuis quietem, sed & vivis
 Catholicis invidebant suis in terris ho-
 nores; quippe hoc etiam anno Selandi
 postulabant, ut communi Ordinum fœ-
 deratorum decreto omnes Catholici ad
 militiæ officia inhabiles declararentur:
 Frisones quoque cunctos Sacerdotes
 Catholicos ex sua Provincia expelle-
 bant, suisque subditis severe inhibue-
 re, ne suos filios studiorum causa ad
 Catholicorum terras Scholasque mitterent:
 magis adhuc severum edictum
 adversus Catholicos quarto post anno
 promulgarunt Gröningenses, apud quos
 hucusque Catholicis occulto Religio-
 nis suæ exercitio frui concessum erat;
 cum autem Jesuitæ ibidem degentes
 annue libellos typis evulgassent, qui-
 bus cunctos a se a secta ad veram fi-
 dem

dem conversos, nimis exacte enumeraverant, inde exacerbati Gröningen-
 ses præceperunt, ut Sacerdotes, & Religiosæ Virgines intra spatium viginti quatuor horarum e Provincia excederent, nec ullibi reciperentur, & si quæ adhuc tolerentur, non plures tamen, quam duæ in una domo essent: de cetero autem Sacramentorum, scholarum, & rituum Romanorum usus Catholicis omnino esset interdictus, ac bis per annum eorum domus visitarentur, transgressores vero gravi pecuniarum multa inter pauperes, reorum delatores, & mandati executores dividenda plecterentur. Hæc absdubio suasit Calviniana charitas, tolerantia spiritus, & conscientia libertas.

§. III.

Propositiones quædam a Regio Senatu proscriptæ.

Magna animorum contentione hoc anno Parisiis exagitabatur doctrina de Pontificis & Conciliorum auctoritate; cum enim Gabriel Druetus Villanovanus Brito ac Theologiæ Baccalaureus die decima nona Januarii publicam disputationem habere decrevisset, atque inter alias Theses de Romano Pontifice & Conciliis has tres propositiones

*Ex act. Par-
lam.**Argentre
Coll. Jud.**t. 3. p. 88.*

Sæc. XVII. tiones defendendas suscepisset. I. Chri-
A. C. 1663. *stus Sanctum Petrum, ejusque Successores*
summa supra Ecclesiam auctoritate dona-
vit. II. Romani Antistites privilegia qui-
busdam Ecclesiis sicut Ecclesiæ Gallicanæ
impertiti sunt. III. Concilia Generalia
ad extirpandas hæreses, schismata, & alia
tollenda incommoda admodum sunt utilia,
non tamen absolute necessaria: mox ea-
dem die Regii Ministri ob hæc doctri-
nas graviter commoti, totum nego-
tium Parlamento decidendum com-
misere: Hoc vero die vigesima secun-
da Januarii hanc desuper sententiam
pronuntiavit: „Postquam hac die Cu-
„ria de negotio disputationem concer-
„nente deliberasset, compertumque
„haberet, quod tres Theses, plures-
„que aliæ propositiones ibidem con-
„tinerentur auctoritati Ecclesiæ, an-
„tiquæ doctrinæ, quæ omni tem-
„pore recepta, & conservata est in
„regno hoc, sanctis Canonibus, decre-
„tis Conciliorum generalium, & gal-
„licanæ Ecclesiæ libertatibus contra-
„riæ, ac eo tendentes, ut pontificia
„ultra Conciliorum generalium pote-
„statem, & limites, qui semper san-
„ctissime conservati sunt in Ecclesia Gal-
„licana, extollatur, postquam etiam
„audivisset Syndicum Facultatis Theo-
„logicæ, & Vincentium Meursium Do-
„ctorem

„ctorem dictæ Facultatis in Collegio Sæc. XVII.
 „Navarrenno, qui præfatæ disputationi A. C. 1663.
 „præses destinatus erat, necnon præ-
 „fatum Druetum respondentem, cita-
 „tos ex sententia decima nona hujus
 „mensis die, auditis quoque regiis,
 „eorumque Conclusionibus; curia in-
 „hibuit, ac inhibet, & vetat, ne di-
 „ctus Druetus disputationem eam su-
 „stineat; decrevit, & decernit, ut ea
 „supprimatur, cum omnibus, quæ si-
 „miles propositiones continere reperien-
 „tur: Interdicit etiam omnibus Bacca-
 „laureis, Licentiatis & Doctoribus,
 „aliisque universis, ne quis scribere, vel
 „sustinere, & disputare, docere, vel
 „explicare audeat, directe vel indi-
 „recte, in publicis scholis, vel ullo alio
 „loco, similes propositiones aliasque
 „Doctrinæ antiquæ Ecclesiæ, sanctis Ca-
 „nonibus, Decretis conciliorum gene-
 „ralium, Ecclesiæ Gallicanæ libertati-
 „bus, atque antiquis Facultatis Theo-
 „logicæ Parisiensis Decretis contrarias,
 „cum interminatione, debito modo
 „animadvertendi in delinquentes: inter-
 „dicit etiam Syndico dictæ Facultatis,
 „ac qui præsidebant Doctoribus, ne
 „permittant, ut ejusmodi propositiones
 „ulli inferantur disputationi. Decernit,
 „ut præsens sententia in generali con-
 „gregatione dictæ Facultatis Theolo-
 „gicæ,

Sæc. XVII. „gicæ, quæ primo quoque die, quem
A. C. 1663. „curia designabit, in Sorbona celebra-
 „bitur, legatur in præsentia duorum
 „Senatorum dictæ Curiae, qui ad hunc
 „finem eo accedent, cum uno e substi-
 „tutis Regii generalis Procuratoris: ad
 „quam congregationem citabuntur om-
 „nes dictæ Facultatis Doctores, quin-
 „etiam Baccalaurei primæ licentiæ.
 „Ac inseretur præsens decretum in acta
 „dictæ Facultatis: tum significabitur
 „Rectori, Decanis, & Procuratoribus
 „reliquarum Facultatum, ut ibi quo-
 „que legatur, & in acta referatur,
 „mittaturque ad alias universitates, nec-
 „minus ad baillivatus & seneschallias,
 „a quibus ad hanc curiam provocatur,
 „ut ibi pariter legatur, publicetur,
 „actisque inseratur cura substitutorum
 „Regii Procuratoris, qui intra mensem
 „ejus rei fidem Curiae facient.,,

§. IV.

*Parisiensis Theologicæ Facultatis que-
 relæ adversus hoc Parlamenti
 decretum.*

*Recueil de
 Aff. du
 Clergé t. I.
 Argentre
 l. c. p. 87.*

Postquam igitur hæc Parlamenti sen-
 tentia Facultati Theologicæ Pari-
 siensi fuit intimata, hæc graviter se of-
 fensam censuit, eoquod Laici Eccle-
 siasticis in rebus religionem concernentibus

tibus leges imponere, & Facultatem, Sæc. XVII.
cujus tamen pauci admodum Doctores A. C. 1663.

res de his propositionibus notitiam habuere, indicta causa damnare ausi essent, quapropter Facultas jus suum vindicandum rata, audiri, & de Parlamenti mente ab ipso Parlamento edoceri postulavit, hancque in rem die nona Februarii conventum habuit, in quo unanimi suffragio decretum, Theses has quidem supprimendas esse, hanc tamen Senatus sententiam minime ad Facultatis acta referendam, sed septem Doctores ad Parlamentum esse ablegandos, qui ab eo debita cum reverentia peterent, ut Senatus exponere dignetur, ipsius mentem non fuisse, sibi adscribere judicium doctrinale in materia fidei & Ecclesiæ dogmatibus, vel lædere jura Facultatis, aut innuere necessarium esse absolute concilium generale ad extirpanda quælibet schismata & quaslibet hæreses: v. g. *Pelagianam* & *Jansenianam*, quas constat sufficienter extinctas absque Concilio Generali, quod tantum in aliquibus casibus dici potest absolute necessarium. Quod si vero negotium, hoc pacto non conficiatur apud Senatum, Facultas decrevit, adeundum esse Regem Christianissimum, rogandumque per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum

Sæc. XVII. pum Ausitanum, ut sartum tutumque
A. C. 1663. fervet Facultatis jus, quod habet, sem-
 perque habuit proferendi judicium do-
 ctrinale de rebus ad fidem Theologi-
 cam pertinentibus.

Hi ergo Doctores deputati die de-
 cima quinta Februarii in publico Fa-
 cultatis confessu referebant, se a Par-
 lamenti Præsidente ad diem duodecimam
 ejusdem Mensis fuisse vocatos, cum
 autem comparerent, ac cur vocati es-
 sent, interrogarent, Præsidentem hæc re-
 spondisse, quod Senatus non esset in-
 „terrogandus per deputatos, nisi ejus
 „severitatem Facultas vellet experiri,
 „ipsa vero Facultas, quo minus possu-
 „laverit, tanto plus impetratura esset a
 „senatu, qui tantum abest, ut sibi su-
 „mere voluerit munus judicandi doctri-
 „naliter de re Theologica, quin imo,
 „si quod dubium circa fidem occurre-
 „ret, consuli decerneret, audiretque
 „prius Facultatem, cujus jura illæsa
 „atque integra vult servari: Ad hæc
 ipsi reposuerunt, illos, quos Facul-
 tas ad Regem nominatura sit, abs-
 dubio in obeundo suo munere, quan-
 tum fieri poterit, reverenter acturos,
 quibus dictis Deputati recesserunt.

Postea formulam, qua ad Regem
 ablegandi Doctores coram Senatu ute-
 rentur, conceperunt his verbis: *Fa-
 culta-*

cultatis Theologicæ Deputati coram Senatu exponant, quod Facultas debita veneratione decretum die vigesima secunda Januarii emanatum perceperit, Et licet in eo quasdam offenderit difficultates, minime tamen credere velit, quod Senatus intenderit, doctrinale iudicium ferre, aut propositiones Theologicas censuris notare, nec etiam credere, quod absolute necessarium sit Concilium Generale ad extinguendum quodcunque schisma aut hæresin v. g. Jansenianam, quam sufficienter damnatam existimat, quin ad hoc necessarium sit aliquod Generale Concilium.

Postquam autem Deputati hanc formulam a ceteris Doctoribus approbatam Præsidi exhibuerant, hic ab eis sciscitabatur, cur Parlamenti decretum in tabulas referre recusarint? Deputatis autem causam, prout in formula continebatur, proferentibus, Præses respondit „quemlibet Regis subditum, „si Senatus aliquid sanxerit, obtemperare obstrictum esse; de cetero autem „Senatum, dum propositionem de Conciliis propugnari prohibuisset, non intendisse, hæresin damnari non posse, „sine convocatione generalis Concilii, „cum ex Patribus constet, plurimas hæreses non modo damnatas sed etiam extinctas penitus fuisse absque generalibus Conciliis, tantum ferre curiam non potuisse.

Sæc. XVII., tuisse propositionem indefinitam, &
A. C. 1663. „generalem, ex qua nullis in casibus
 „necessaria esse generalia Concilia pos-
 „set quis inferre, hinc senatum Regiam
 „interposuisse Authoritatem ad prohibe-
 „endas *politice* propositiones, quæ illo
 „sensu, ad quem extendi possent, con-
 „trariæ forent exteriori Ecclesiæ ad-
 „ministratiōi, seu politiæ, quam po-
 „liticæ generalis Regni præcipuam
 „quamdam portionem esse constaret.”
 Postea addidit, admoneo vos, ut hæc
 Facultati referatis, hocque negotium
 ultra decimam quintam. Mensis Fe-
 bruarii diem non protrahatis. His per-
 ceptis Facultas Senatus sententiam ad
 acta esse referendam censuit: nihilomi-
 nus non deerant, qui Ludovico Regi
 suspicionem ingererent, perinde ac si
 Facultas propugnaret, quod Rex in
 temporalibus aliquem se superiorem
 præter Deum haberet; retulit etiam
 die secunda Maji Martinus Grandin
 Facultatis Syndicus, quod Senatus
 nuperum decretum ideo ediderit, eo-
 quod Facultas permisisset, ut Pater
 Laurentius Desplantes Cisterciensis in
 Collegio Bernardino die quarta Apri-
 lis hanc defenderet Thesin: *summus*
Pontifex in tota Ecclesia, & in foro tam
interno quam externo plenitudinem juris-
ditionis obtinet: Eapropter Facultas
decre-

decrevit, adeundum esse Regem, ei- Sæc. XVII.
A. C. 1663.
demque supplicandum, ut velit Facul-
tati de rebus ad fidem Theologicam
spectantibus iudicium proferendi, jus
factum servare, & Syndicum aliosque
duos Ductores ab officiis suis suspensos
restituere. Postea sensum mentemque
circa propositiones, quas nonnulli per-
peram Facultati adscribebant, explica-
runt sequentibus hisce sex proposi-
tionibus.

I. „Non est doctrina Facultatis, quod
„summus Pontifex aliquam in tempo-
„ralia Regis Christianissimi Authorita-
„tem habeat, immo Facultatem sem-
„per obtitisse etiam iis, qui indirectam
„tantum modo esse illam Authoritatem
„voluerunt.”

II. „Esse doctrinam Facultatis ejus-
„dem, quod Rex Christianissimus nul-
„lum omnino agnoscat, nec haberet
„in temporalibus superiorem præter
„Deum, eamque suam esse antiquam
„doctrinam, a qua nunquam recessura
„esset.”

III. „Doctrinam Facultatis esse, quod
„subditi fidem, & obedientiam Regi
„Christianissimo ita debeant, ut ab iis
„nullo prætextu dispensari possint.”

IV. „Doctrinam Facultatis esse, non
„probare, nec unquam probasse pro-
„positiones ullas Regis Christianissimi
„Autho-

Sec. XVII. „Authoritati, aut Germanis Ecclesiæ
A. C. 1663. „Gallicanæ libertatibus, & receptis in Re-

„gno Canonibus contrarias, verbi gratia,
„quod summus Pontifex possit deponere
„Episcopos adversus eosdem Canones. „

V. „Doctrinam Facultatis non esse,
„quod summus Pontifex sit supra Con-
„cilium Oecumenicum. „

VI. „Non esse doctrinam vel dogma
„Facultatis, quod summus Pontifex
„nullo accedente Ecclesiæ consensu
„sit infallibilis. „

Facta hac declaratione Facultatis Do-
ctores Parisiensem Archiepiscopum roga-
runt, ut ea præsentem has propositiones
Regi exponeret, ac supplicaret, ut eam
suo patrocínio & benevolentia foveret,
ac tueretur, simulque Syndicum aliosque
duos Doctores sua humanitate ac cle-
mentia vindicaret: Igitur die octava
Maji Archiepiscopus unacum Faculta-
tis Doctoribus Regem supplex adiit,
cui etiam Rex perbenigne respondit,
„non esse sibi persuasum, sacram Facul-
„tatem esse ipsi oppositam, nec doctri-
„nam ullam docere, quæ sit contraria
„Regni juribus, ideoque sibi in animo
„esse per publicum, cum se occasio of-
„ferret, argumentum manifestare, quo
„affectu eam prosequeretur; quantum
„autem ad postulationem sibi factam cir-
„ca Syndicum & alios, se mature de iis
„cogitaturum. „

§. V.

§. V.

Sæc. XVII.
A. C. 1663.*Decretum Parlamenti circa Facultatis declarationem.*

Displicuit Parlamento hæc Facultatis declaratio, vehementerque in illam Dionysius Talonus Advocatus generalis in Senatu inVectus, reprehendit, quod Facultas proscriptas Theses in suis scholis dictari, a suo Syndico approbari, necnon pro disputatione publica proponi permisisset, nunc vero duntaxat profiteatur: *illas non esse Facultatis*, cum tamen eas omnino rejicere debuisset, tanquam novas, erroneas, authoritati Regiæ, juribus coronæ, libertati Ecclesiæ Gallicanæ, Gersoni, & antiquæ sententiæ adversas: Die igitur trigesima Maji Decanus unacum septem senioribus Facultatis Doctoribus Parlamenti jussu præfatam declarationem exhibuit, qua præsentibus Regiis Ministris perlecta Senatus nomine, Talonus ita perorabat: „Quamquam veritas antiquorum Canonum suo satis subsistat pondere, nec ullis opus habeat suffragiis, aut approbatoribus, multum tamen ei accedit, si universi in eandem quasi concurrant sententiam, nec ulla animorum appareat divisio. Neminem

Hist. Eccles. Tom. LXIII. B la

Sec. XVII., latent ausus atque technæ, quas per
 A. C. 1663., triginta jam annos Aulæ Romanæ
 „adhærentes ad extollendam per falsas
 „prærogativas Papæ potentiam, & in-
 „troducendas novas Ultramontanorum
 „opiniones fabricarint. Et eo tandem
 „res ista progressa est, ut postquam
 „falsas istas ac periculosas propositio-
 „nes secreto scriptis suis insinuarint,
 „haud veriti sint, thesibus easdem pa-
 „lam inferere, & ad disputandum pu-
 „blice proponere. Hanc autem teme-
 „ritatem minime mansisse impunitam
 „constat; quippe augustum hoc colle-
 „gium unanimiter fervens Zelo pro-
 „pugnandi Authoritatem Regiam, le-
 „ges Regni, libertatem Ecclesiæ Gal-
 „licanæ, & doctrinam antiquam, qui-
 „bus istæ de papæ infallibilitate & su-
 „pra Concilium superioritate opiniones
 „e diametro sunt oppositæ, haud in-
 „termisit mature hos ausus per decre-
 „torum severitatem reprimere, atque
 „iplos adeo Authores punire: ita ut
 „vere dici possit, quod monstra hæc in
 „ipsa nativitate sint suffocata, istique
 „conatus nullos prorsus nacti sint suc-
 „cessus; quin potius ad confirmandam
 „fortius veritatem, ad detegendam
 „turpitudinem & ad confusionem emis-
 „sariorum Aulæ Romanæ quampluri-
 „mum contulerint. Nihilominus Fa-
 „cultas

„cultas Theologica forti Monachorum
 „& sæcularium quorumdam Cabala
 „quasi intricata, & ab iis vel lucri vel
 „factionis causa ceu captivata, vix sese
 „iniquis his vinculis extricare potuit,
 „ut insisteret vestigiis Gersonum, alio-
 „rumque hominum Illustrum, qui omni
 „tempore præcipui veritatis defensores
 „extiterunt, tandem tamen, postquam
 „generoso conatu perpenderat, quid
 „Regi, quid publico, quid proprio ho-
 „nori debeat, animi sui sensa expo-
 „suit, & condemnavit omnes istas no-
 „vitates tanquam errores ejusmodi,
 „qui Censuram evitare non possint. Et
 „sicuti sex istæ propositiones, a Deca-
 „no modo prælectæ & explicatæ con-
 „tinent condemnationem non solum
 „omnium eorum, quæcunque pro sta-
 „bilienda Papæ superioritate super tem-
 „poralia, afferri possint, sed etiam
 „Chimæricæ istius infallibilitatis & ima-
 „ginariæ dependentiæ Concilii a Papa;
 „ita supervacaneum erit examinare,
 „num omnes hæ propositiones con-
 „ceptæ sint in terminis affirmativis? si
 „quidem certum est, non dari medium
 „inter duas propositiones contradicto-
 „rias. Quod si ergo non credit Facul-
 „tas, Papam esse infallibilem, sequi-
 „tur per necessariam consequentiam,
 „quod ea judicet, Papam posse prolabi

Sæc. XVII.
 A. C. 1663.

B 2

aut

Sæc. XVII. „aut induci in errorem & corrigi etiam
A. C. 1663. „a potestate superiore, quæ non possit
 „esse alia, quam Concilii & Ecclesie
 „universalis. Præterea omnes in eo
 „consentiunt, dari quamdam subordi-
 „nationem; hoc igitur concessio Papam
 „non esse supra Concilium; sequitur
 „necessario, illum esse infra Concilium,
 „& subiectum esse decisionibus ejusdem,
 „ac observationi Canonum, quemad-
 „modum igitur publico sufficienter est
 „satisfactum hac Facultatis declara-
 „tione; idque eo magis, quod ea omni
 „careat ambiguitate, nec indigeat ex-
 „plicatione aliunde petita ex ejusdem
 „Facultatis Doctrina utpote ex cen-
 „sura Sarazanii, ex responsis ad quæ-
 „stiones Regis Caroli IX. atque ex
 „damnatione errorum Lutheri: ita mihi
 „videtur, e re esse, ut Articuli isti in
 „declaratione Facultatis contenti, actis
 „dictæ curiæ inseri jubeantur, & exem-
 „plaria eorundem descripta a Parla-
 „mento ad omnes Præfecturas, seu
 „Diœceses, & Academias publicas
 „transmittantur, quo ibi prælegantur,
 „publicentur, & in Acta referantur:
 „ut etiam interdictis publicis prohibea-
 „tur, ne ulla doctrina dictis Articulis
 „contraria propugnetur: ut insuper
 „Decretum die 22. Januarii & 4. Aprilis
 „nuper factum executioni tradatur,
 „ut

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

„ut denique iterata interdicta & inhi-
 „bitiones fiant, omnibus Baccalau-
 „reis, Licentiatis, Doctoribus, & aliis
 „quibusve, ne propugnent, disputent,
 „legant, aut insinuent directe vel in-
 „directe in scholis publicis, aut alibi
 „ullas propositiones contrarias antiquæ
 „Doctrinæ Ecclesiæ, Canonibus Con-
 „ciliorum Generalium, Libertatibus
 „Ecclesiæ Gallicanæ, & antiquis de-
 „cretis Facultatis Theologicæ, sub
 „pœna severioris animadversionis. Syn-
 „dicis autem Facultatum & Doctoribus,
 „qui actibus præsidebunt, severe in-
 „terdicatur, ne permittant omnino,
 „propositiones ejusmodi ullis thesibus
 „inferi sub pœna, quod ipsimet de his
 „omnibus nomine proprio respondere
 „tenebuntur, & extraordinarie contra
 „illos procedetur.,

„Absoluta hac declamatione Par-
 „lamentum sequens edidit decretum:
 „Regis Curia ordinavit & ordinat, ut
 „sæpius nominati Articuli in declara-
 „tione præfatæ Facultatis Theologicæ
 „contenti, inserantur in acta, & de-
 „scripta eorumdem exemplaria ad om-
 „nes Præfecturas & Diœceses & uni-
 „versitates publicas transmittantur,
 „quo illic prælegantur, publicentur &
 „ad acta referantur. Prohibuit insuper
 „ac prohibet, propugnare ullam Do-
 „ctrinam

Sæc. XVII. „doctrinam dictis articulis contrariam,
A. C. 1663. „tollens hoc ipso suspensiones factas
 „nuper per Decretum die 14. Aprilis;
 „præterea inhibuit, ac interdicit om-
 „nibus Baccalaureis, Licentiatis, Do-
 „ctoribus, ac universis quibuscumque, ne
 „propugnent aut disputent, legant aut
 „insinuent directe, vel indirecte, in
 „scholis publicis aut alibi ullas propo-
 „sitiones contrarias antiquæ Doctrinæ
 „Ecclesiæ, sanctis Canonibus, decretis
 „Conciliorum generalium, & liberta-
 „tibus Ecclesiæ Gallicanæ, ac antiquis
 „decretis Facultatis Theologicæ, sub
 „pœna animadversionis exemplaris;
 „Syndicis itidem tam Facultatis modo
 „nominatæ, quam cæterarum univer-
 „sitarum, & Doctoribus, qui præside-
 „bunt actibus publicis, interdici-
 „mus, ne patiantur ejusmodi propositiones
 „inferi ullis thesibus, sub pœna ut ipsi
 „de illis proprio nomine respondeant,
 „& procedatur contra illos singulari
 „severitate..

Insuper Rex die quarta Augusti e-
 dictum promulgari jussit, quo præce-
 ptum, ut hi sex Facultatis articuli circa
 supremam Regis potestatem in omni-
 bus totius Regni Parliamentis, Curis
 & Universitatibus legerentur, in usum
 deducerentur, & ad acta referrentur
 nullusque contrariam doctrinam docere,
 pro

propugnare aut scripto tradere auderet. *Sæc. XVII. A. C. 1663.*
 Sic denique adhuc uno, eoque sat largo passu Parlamentum in Galliis recessit ab antiqua doctrina de Pontificis auctoritate, cum hucusque ex Gallis nullus sententiam, quæ Papam Concilio esse superiorem docet, *erroneam aut censuris dignam* dicere, præsumpsisset.

§. VI.

Motus ob Thesin Claromonti defensam.

Hoc item anno Claromonti habebatur disputatio, in qua hæc Thesis *Ex Bibl. Sorb. n. 1514.* fuit propugnata: *Præter accersitos e sa-
 cris paginis contra Copernicanam arcem canones, excutiuntur e Vaticano fulmina, proferturque sententia Congregationis Cardinalium inquisitioni Præsectorum, qui terræ des Aff. du Clergé t. 1.* mobilis non tam hypothesim, quam thesim legitima in Gallilæo Censura proscripsere: Cujus quidem Censuræ Authoritas, licet nullo pondere sit apud audaciores aliquot Mathematicos, quam religiosiores, magni tamen ponderis est apud eos, qui non tantum quid Ecclesia præcipiat, verum etiam quo propendeat. observant accurate. An hæc porro Censura totius Controversiæ plane decretoria sit, nihil hic puto necesse dicere; satis est ad rem nostram, quod illa quale sit tenendum a nobis iter ostendat.

B 4

Hanc

Sæc. XVII. Hanc Thesin ex Parisiensibus Theo-
 A. C. 1663. logis non pauci notandam censuere,
 ac propterea Facultatis Syndicum Mar-
 tinum Grandin monuerunt, ut eam ad
 Facultatem deferret; cum autem id
 facere renueret. Valerianus de Fla-
 vigni Doctor Sorbonicus hanc Thesin
 denunciavit, ubi re mature deliberata,
 reluctante etiam Syndico, sexaginta
 Doctorum suffragio conclusum est. The-
 sin istam examini esse subjiciendam;
 nec his contentus Flavignius, etiam
 in publicis comitiis die secunda Julii
 habitis graviter adversus Syndicum
 hancque Thesin expostulavit, demon-
 strans, quod Thesis ista eo potissimum
 vergat, ut clanculum ac subdole Inquisitio-
 nem, quæ Gallis semper summopere displicuit,
 Roma Parisios advehat, ejusque de-
 creta, ac si essent Ecclesiæ fulmina, statua-
 liat, aliunde vero hujus Thesis Author
 dominationem spernat, Regiam Majestatem
 blasphemet, Jura Regis Christianissimi,
 ejusque Regni infringat ac violet, augu-
 stissimi Senatus auctoritatem derideat, aut
 non curet, Trium- Virorum Regiorum,
 etsi consultissimorum, curam omnem ac sol-
 licitudinem eludat prorsus ac eliminet, De-
 cretis S. Facultatis insultet, & Senatus
 Præsidi injuriam faciat & invidiam pro-
 creet. Verum res in hac expostula-
 tione hæsisse videtur, cum de nulla
 Facul-

Facultatis censura constet; quamvis Sæc. XVII.
Syndicus scriptam Flavignii declama- A. C. 1663.
tionem tanquam libellum infamen &
injuriis plenum ad Senatum detulisset,
a quo decretum obtinuit, quo Facul-
tati hujus Thesis examen fuit in-
hibitum.

§. VII.

*Collationes inter Theologos Catho-
licos Portu - Regienses.*

Insuperhabito Regis mandato non pauci
præscriptam juramenti formulam si- Abb. du
gnare tergiversabantur; cum autem Mas. Hist.
inde graviores motus concitari, Ludo- des cinq.
vicus Franciæ Rex haud temere vere- prop. l. 4.
retur, Gilberto Choiselio Convenarum Dupin Hist.
Episcopo negotium dederat, ut de l'Eccl.
Portu - Regiensibus Theologis tom. 4.
convenire satageret: peropportune etiam
Miramontius Tolosani Parlamenti Præ-
ses eundem Episcopum, qui tum To-
losæ agebat, excitare nitebatur, ut
præsentem controversias, quin formulæ
subscriptio exigeretur, sedandi media
excogitare vellet. Annuit Episcopus,
qui præter Miramontium, etiam Pa-
trem Ferrierium Jesuitam adesse voluit,
eisque proposuit, quod nil magis con-
sultum censeret, quam si in privatis
colloquiis cum Janfenistis institueretur

Sæc. XVII. examen, quisnam verus sensus Jan-
A. C. 1663. senii fuerit per Constitutiones Pontifi-

cias damnatus: si autem de eo cum
 illis convenire non possent, tunc com-
 muni utriusque partis consilio ad Se-
 dem Apostolicam recurreretur, eo fine
 ut Papa declararet, an hic sit verus
 sensus, quem ipse ejusque Prædeces-
 sor damnare intendisset, huic autem
 Pontificiæ declarationi postmodum utra-
 que pars stare teneretur, aut aliud re-
 conciliationis remedium quereretur.
 Placuit omnibus hoc consilium
 moxque Episcopus illud cuidam
 Jansenistarum fautori, Ferrierius au-
 tem Patri Annato, qui Regi a confes-
 sionibus erat, perscripsit, ac desuper
 Regis mentem exploravit. Hic vero
 mox utrumque Lutetiam accersiri jussit
 simulque Arnaldo, Lalanio, Girardo
 Tagniero, & Barcosio celebrioribus
 Jansenistis eo etiam veniendi copiam
 fecit: Advenerant autem ex his non-
 nisi Lalanus & Girardus, qui cetero-
 rum nomine cum P. Ferrierio confer-
 rent: Die igitur vigesima quinta & sexta
 Januarii duo habebantur colloquia, in
 quibus idem Pater scriptotenus Jan-
 senii sensum explicabat; cum autem
 id Jansenii defensoribus non probaretur,
 hi Episcopo quinque articulos, quos
 jam antea Girardus & Nicolius circa
 quinq

*Paix du
 Clement Re-
 cueil. I. p. 29.*

quinque propositiones damnatas con-Sæc. XVII.
fecerant, Episcopo porrexerunt, ut A. C. 1663.
inde cognoscere posset, an orthodoxi
essent, vel non?

§. VIII.

*Quinque articuli a Jansenistis Epi-
scopo oblati; atque ad Papam
transmissi.*

Postquam igitur Lalanius & Girardus *Argentre*
hosce quinque articulos Convenensi *coll. Jud.*
Episcopo obtulerant, hic illos Romam *t. 3. p. 2.*
ad summum Pontificem transmisit; *fol. 307.*

Erat autem tenor eorum sequens.

I. „Cum ex S. Augustini sententia,
„quam tota S. Thomæ schola defendit,
„gratia efficax voluntatem indeclina-
„biliter & infallibiliter, citra tamen
„necessitatem, vi divinæ motionis fle-
„ctens, & determinans ad singulos
„Christianæ pietatis actus necessaria
„sit, nunquam contingit, ut vel ore-
„mus, nobisque interpellandi & ge-
„mendi inspiret affectum; nec ut Dei
„mandata servemus, nisi cum illa fa-
„ciat, ut in ejus præceptis ambulemus;
„nec denique ut inimici tentationes su-
„peremus, nisi cum nobis victoriam
„largitur. Et tamen cum nonnun-
„quam justi tentationibus succumbant,
„& in varia peccata prolabantur, etiam
„dum

Sæc XVII., „dum illa vitare imperfecte ac remissa
A.C. 1663, „volunt atque conantur, manifestum
 „est iustis istis in illo imperfectæ ac
 „remissæ voluntatis statu, vitio licet
 „suo mandatum violantibus, efficacem
 „illam & victricem, qua præsentem
 „nunquam vincimur, gratiam non
 „adesse.”

„De his ergo iustis, quibus illa ma-
 „gna non adest gratia, licet parva & im-
 „perfecta non desit, vere utrumque
 „dici potest, & potuisse illos Dei man-
 „data servare tentationique resistere
 „eosdemque alio sensu non potuisse
 „potuerunt enim prorsus, quia non so-
 „lum liberi Arbitrii virtutem & gratiam
 „habitualement habuerunt, sed etiam
 „gratiam actualem, quæ sufficiens
 „dici potest in Thomistarum sensu, qui
 „gratiæ per se efficacis necessitatem
 „supponit.

„At quia absente gratia efficaci
 „nunquam contingit, ut voluntas, sicut
 „oportet, tentationi resistat, constans
 „que est apud Thomistas dogma, gra-
 „tiam sufficientem ab efficaci separa-
 „tam non complecti omnia ad pie a-
 „gendum necessaria, ideo usitatissima
 „scripturis Patribusque locutione &
 „Thomistis omnibus probata, hoc sensu
 „dici potest, iustos illos ejusmodi suf-
 „ficienti gratia instructos tentationi
 „cui

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

„cui succubuerunt, resistere non po-
 „tuisse: quia nimirum ejusmodi pote-
 „statem non habuerunt, quæ com-
 „plecteretur omnia ad agendum neces-
 „saria, cum gratiam efficacem ad a-
 „gendum utique necessariam non ha-
 „buerint.,

„Quare cum dicimus, nos sine gra-
 „tia per se efficaci non posse agere, id
 „hoc uno sensu intelligimus, eum, cui
 „deest gratia illa per se efficax, non ha-
 „bere omnia, quæ requiruntur ad actu
 „agendum.,

II. „Gratia interior duplex est, alia
 „efficax, quæ semper producit illum
 „effectum, ad quem impellit volunta-
 „tem; alia inefficax, quæ voluntatem
 „excitat ad effectum, quem non pro-
 „ducit.,

„Prior gratia ea est, quam simpli-
 „citer proprie & absolute efficacem
 „Thomistæ vocant: huic resisti quidem
 „semper potest, ut iidem docent; at
 „nunquam ita resistitur, ut effectui illo
 „privetur, ad quem impellit volunta-
 „tem: quod aliis verbis sic exprimunt,
 „ut resisti posse dicant in sensu diviso,
 „non autem in sensu composito.

„Secunda autem est ea, quam
 „tum excitantem tum inefficacem tum
 „sufficientem idem significantibus ver-
 „bis vocant; huic vere resistit, ac re-
 „nititur

Sæc. XVII. „nititur voluntas, eamque eo effectu
A. C. 1663. „privat, ad quem excitat, & ad quem

„potestatem largitur, superius expli-
„cato Thomistarum sensu sufficientem
„Potest quidem illi voluntas consen-
„tire, nec tamen si absit gratia effica-
„unquam consentit; non defectu ante-
„cedentis potestatis, sed libera sui ipsius
„in oppositum determinatione.,

„Sed quamvis illa gratia per se
„spectata effectu illo careat, ad quem
„tendit, ad quem voluntatem excitat
„& ad quem per antecedentem Dei vo-
„luntatem destinatur, adeoque fallu-
„sit hoc sensu omnem Christi gratia
„semper habere eum effectum, quem
„Deus vult, si tamen spectetur, ut cum
„absoluta Dei voluntate conjuncta
„merito hoc sensu efficax dici potest
„quia semper id in corde hominis ope-
„ratur, quod Deus absoluta voluntate
„intendit. Certum est enim apud Tho-
„mistas, auxilium sufficiens respectu
„unius actus semper esse efficax re-
„spectu alterius, ad quem efficiendum
„decreto absolute divinæ voluntatis de-
„stinatur; adeoque apud illos omnis
„gratia est efficax alicujus effectus, e-
„jus nimirum, ad quem proxime co-
„dinatur, & quem Deus absoluta volun-
„tate intendit juxta illud Isaïæ: Ver-
„bum quod egreditur de ore meo, non
„revel-

„revertetur ad me vacuum: sed fa- Sæc. XVII.
 „ciet, quæcunque volui.,, A. C. 1663.

III. „Ad merendum & demeren-
 „dum in statu naturæ lapsæ non suf-
 „ficit libertas a coactione; sed requi-
 „ritur libertas a necessitate; quamvis
 „enim gratia per se efficax infallibiliter
 „& insuperabiliter voluntatem ad a-
 „gendum determinet, atque ita nun-
 „quam voluntas illi actu dissentiat,
 „non tamen inducit necessitatem, quia
 „non tollit dissentiendi potestatem. Est
 „ergo perpetuo in homine lapso illud,
 „quod Thomistæ statuunt, activæ indiffe-
 „rentiæ genus, quam proximam dicere
 „nihil vetat, dummodo ab hoc verbo
 „semoveas illum sensum, ut voluntas
 „per efficacem gratiam mota credatur
 „nunc consentire, nunc dissentire, sive,
 „quod idem est, nunc actualem con-
 „sensum, nunc vero actualem dissen-
 „sum cum ejusmodi gratia com-
 „ponere.,,

IV. „Tantum abest, ut Semipela-
 „giani ideo hæretici fuerint, quod di-
 „cerent gratiæ nos consentire, & dis-
 „sentire posse, ut potius certum & mi-
 „nime dubium sit cuicunque gratiæ e-
 „tiam efficaci resisti posse, id est, cum
 „quacunque gratia simul remanere a-
 „ctivam, atque ut supradictum est, pro-
 „ximam dissentiendi potestatem, licet
 „actu,

Sæc. XVII. „actu, ut etiam supradictum est, non
A. C. 1663. „nunquam efficaci gratiæ dissentiat.

V. „Gratuitæ prædestinationis Do-
 „ctrina maximam jure merito apud om-
 „nes scholas Catholicas Authoritatem
 „obtinet, hujus autem Doctrinæ hæc
 „summa est ab omnibus ejus defensori-
 „bus recepta; solis electis, si spectetur
 „non antecedens, sed absoluta, & ef-
 „ficax Dei voluntas, salutem æternam
 „absoluto Dei Decreto destinatam esse
 „cum ea gratiarum ac beneficiorum
 „serie, quibus certissime liberantur
 „quicunque liberantur, quorum bene-
 „ficiorum utique præcipuum est per-
 „severantiæ donum, quod nemo pro-
 „prium esse prædestinatorum inficia-
 „tur, hinc sequitur, Christum, cujus
 „absoluta voluntas paternæ semper
 „conformis existit, hoc decretum nec
 „precibus, nec morte sua simplicitate
 „& absolute mutare voluisse: itaque
 „solis illis absolute & efficaciter pro-
 „mereri voluit salutem æternam, &
 „perseverantiæ donum, quos sibi a Pa-
 „tre datos, & de manu sua a nemine
 „raptum iri in Evangelio dicit. De
 „his capitibus apud omnes gratuita
 „prædestinationis Defensores conveni-
 „t, quibus ea tantum Christi mortis om-
 „nibus impensæ generalitas excludi-
 „tur, qua collatæ omnibus hominibus
 „asse-

„asseruntur gratiæ ita sufficientes, ut Sæc. XVII.
 „præterea efficacem ad volendum seu A. C. 1663.
 „operandum non requirant. „

„Sed hac opinione dempta nihil
 „obstat, imo prorsus veritati consen-
 „taneum est dicere, Christum pro om-
 „nibus omnino hominibus mortuum
 „esse, ac sanguinem fudisse, tum quia
 „antecedenti voluntate salutem om-
 „nium voluit, tum quia sufficiens pro
 „omnibus pretium obtulit. „

„Falsum autem & hæreticum est
 „dicere, Christum pro salute duntaxat
 „prædestinatorum mortuum esse, cum
 „multis reprobis, omnibusque adeo
 „justificatis gratias, tradita a Thomistis
 „notione, sufficientes meruerit, quibus
 „ad salutem pervenire possent, quam-
 „vis nemo iis bene utatur, & in ac-
 „cepta justitia perseveret, nisi uberio-
 „ribus iis & efficacibus auxiliis ad-
 „juvetur. „

*His articulis subjectæ erant infra scri-
 ptæ declarationes in exemplari subsignato,
 & apud Illustrissimum Convenarum Epi-
 scopum deposito.*

„De supradictis articulis hæc de-
 „claramus.

I. „His nostram omnem circa ma-
 „teriam quinque propositionum Doctri-
 „nam contineri. „

Hist. Eccles. Tom. LXIII. C II. Hos

Sæc. XVII.

A. C. 1663.

II. „Hos articulos a nobis ut ortho-
doxos & ab omni hæreseos suspicio-
„alienos defendi.„

III. „Minime illos Janseniani sen-
„sus nomine, vel a summis Pontifici-
„bus Innocentio X. & Alexandro VII
„vel ab Illustrissimis Galliæ Episcopis
„intellectos, sed prorsus ab omnibus
„tum Pontificiis constitutionibus, tum
„Episcoporum in Jansenium decretis
„intactos esse.„

„Æquum igitur, ut suum de his Ar-
„ticulis iudicium illi Theologi profe-
„rant, quibus aliqua forte de nostro
„fide suspicio est.„

„Nam si eos ab erroris nota im-
„munes agnoscant, fateantur etiam
„necesse est, nulli circa quinque pro-
„positionum materiam hæresi obnoxio-
„corum defensores.„

„Sin ambiguos censeant, nec sati-
„clare nostram illis sententiam exprimi
„exponant dubitationis causas, & per
„spicuum ad omnia responsionem ac-
„cipient.„

„Postremo, si aliquid in iis errori-
„bus & hæreseos arguant, ubi distincte no-
„taverint, in quo potissimum capitulum
„hæresim collocent, omnibus eorum
„scrupulis, ac difficultatibus, quan-
„tum fieri poterit, satisfaciemus: Ha-
„utem capitali, quia fidem attingit
„con-

„controversia excussa ceteræ, si quæ Sæc. XVII.
„superfunt, suspensiones facile diluentur.,” A. C. 1663.

§. IX.

Aliæ Sessiones habitæ.

Die primâ Februarii de sensu Jansenii circa tertiam propositionem agebatur, cum autem a Jansenii Defensoribus nihil æqui poterat obtineri, deliberatum est, quâ demum ratione ipsi suam erga Constitutiones Apostolicas submissionem summo Pontifici testari vellent, ubi die quinta ejusdem Mensis P. Ferrierius eis proposuit, id aliter fieri non posse, nisi declararent, se quinque propositiones in Jansenii sensu damnare: id vero facere renuentes, Episcopo novam declarationem mentis suæ obtulerunt, quæ tamen rejecta est: cum ergo quinque hæ Sessiones suo caruissent successu, Episcopus Portu - Regiensibus persuasit, ut veluti compromitterent in tres Episcopos, quorum unus ipsemet esset, alter Prefixius postea Parisiensis, & tertius Cæsar Estræus Laudunensis. Hi ergo audita utraque parte conceperunt formulam quinque propositionibus damnatis oppositam, cui Jansenistæ subscriberent, sequentemque declarationem subjungerent: „Quantum ad quinque propositiones

C 2

„doctri-

Sæc. XVII. „doctrinæ fidei Catholicæ & orthodoxæ
A. C. 1663. „contrarias, & duabus Pontificum

„Bullis damnatas, illas condemnamus
 „rejecimus, & unacum erroribus
 „sensibus ibidem damnatis detestamur
 „& iisdem censuris perstringimus, qui-
 „bus perstringendas esse, Pontifices
 „censuerunt, cuncta autem, quæ ha-
 „in re Innocentius X. & Alexander VII.
 „deciderunt, & definierunt, cum omni
 „possibili submissione, sincero & recto
 „corde recipimus: & quoniam Ale-
 „xander VII. Papa expresse dixit,
 „declaravit, has quinque propositi-
 „ones in Jansenii libro contineri, & i-
 „eodem hujus Authoris sensu esse dan-
 „natas; nos quoque *in hoc etiam, quod*
Sanctitas sua decedit, nos submittentes pro-
mittimus, quod nihil iisdem Constitutionibus
contrarium dicere aut facere velimus
sed unionem Spiritus in vinculo pacis tan-
quoad dogma quam quoad disciplinam con-
servare intenti, erga has Constitutiones
omnem venerationem, submissionem & re-
verentiam Sacræ Sedis Apostolicæ Majestatis
et supremæ ejus auctoritati in omnes futu-
ras debitam semper profitebimur.

Cum autem P. Annatus moneret
 quod his verbis: nos submittentes pro-
 mittimus quod nihil dicere aut facere veli-
 mus, Jansenistæ abuti possent, ac dum
 taxat promittere, quod contra factum
 deo

decisionem nihil dicere &c. proin dun-
 taxat obsequiosum silentium servare Sæc. XVII.
A. C. 1663.
 velint, hinc Episcopi consultum cen-
 fuerunt, ut omillis ceteris verbis dun-
 taxat ponerentur hæc: *nos sincere om-*
nibus, quæ hac in re Sanctitas sua decedit,
nos submittimus. Veru. i Portu - Re-
 gienſes hanc mutationem rejecerunt,
 ne fateri viderentur, quod ſenſus Jan-
 ſenii ſit damnatus, & quidem jure:
 proin hic quoque Episcoporum cona-
 tus evanuit.

§. X.

Jansenistarum epistola ad Papam.

Nondum animum despondit Conve-
 nensis Episcopus, sed pacis red-
 dendæ desiderio incensus, Portu - Re-
 gienſibus ſuaſit, ut literas ad Papam
 ſubmiſſione plenas darent, atque in
 illis, ſe ſincere quinque propoſitiones
 damnare profiterentur, ſponderentque,
 ſi ſua Sanctitas plus exigeret, ſe ad
 obediendum eſſe paratos. Annuere
 hi, rogantes Episcopum, ut ſuo, ac
 ceterorum nomine unacum quinque ar-
 ticolis nuper oblatiſ ad Papam literas
 transmiſſeretur, eundemque de ortho-
 doxa eorum fide, & erga Sedem Apo-
 ſtolicam obſervantia certioreſ faceret:
 Hanc in rem die ſeptima Junii Episcopo

*Du Pin l. c.
p. 335.
Argentre
l. c. p. 309.*

Sæc. XVII. Convennenſi ſequens hoc dati ma
 A. C. 1663. dati teſtimonium tradiderunt.

„Nos infra ſcripti Illuſtriſſimum
 „Reverendiſſimum D. D. Convenarum
 „Epiſcopum tum noſtro, tum eorum
 „qui nobiſcum in eadem cauſa ve
 „ſantur nomine, cum ſumma reveren
 „tia obſecramus, ut pro ea benignitate
 „qua ex mandato Chriſtianiſſimi Ro
 „gis componendis diſſidiis inter The
 „ologos occasione libri *Janſenii*, Yprenſi
 „olim Epiſcopi obortis, & procurand
 „paci aliquot abhinc menſibus inco
 „buit, tam pio operi ultimam, ſi fieri
 „potest, manum adhibere dignetur
 „quod non difficulter ab illo perfectum
 „iri ſperamus, ſi quemadmodum in
 „ſtram coram ipſo fidem ſincera di
 „ſcrinæ noſtræ circa quinque propo
 „tionum materiam expoſitione proba
 „vimus, & ab omni erroris ſuſpicion
 „purgavimus; ita eum noſtræ eque
 „ſumum Pontificem, ejusque Con
 „ſtitutiones de prædictarum propo
 „tionum damnatione editas obſervan
 „tiæ teſtem & Internuntium habere
 „poſſimus. Quamobrem eundem Illu
 „ſtriſſimum Antiſtitem enixe & hu
 „militer deprecamur, ut noſtro om
 „nium nomine ſcriptis ad S. P. Alexan
 „dram VII. literis articulos noſtros
 „circa quinque propoſitionum mate
 „riam

„riam transmittat: testeturque nos Sæc. XVII.
 „eosdem articulos sincere illius iudicio A. C. 1663.
 „subjicere: nunquam nos in molestiis
 „& importunis illis controversiis, qui-
 „bus tot per annos Ecclesiæ pacem tur-
 „batam dolemus, quasque æterno
 „plene silentio abolendas peroptamus,
 „aut Authoritati Sedis Apostolicæ,
 „quam devotissimo obsequio semper
 „prosecuti sumus, & ad extremum
 „usque spiritum, Deo adjuvante, pro-
 „sequemur, detractum voluisse, aut
 „executioni editarum ab eadem Sede
 „Constitutionum ullo modo obsistere
 „intendisse, imo paratos nos esse iis-
 „dem illis constitutionibus eam reve-
 „rentiam & observantiam, quam Se-
 „dis Apostolicæ Majestas, & summa
 „ejus Authoritas exigat, impendere. Ac
 „si quid præterea a nobis exigendum sum-
 „mo Pontifici visum fuerit ad testifican-
 „dum, quam sincere sancitæ per Apo-
 „stolicas constitutiones fidei adhærea-
 „mus, & easdem constitutiones in-
 „tactas & illibatas servare velimus,
 „illud nos fideliter præstituros polli-
 „cemur. Quæ quidem ut nostro no-
 „mine, & eorum, qui nobiscum in eadem
 „caussa versantur Illustrissimus Conve-
 „narum Episcopus S. D. N. Alexan-
 „dro VII. significare possit, præsens in-
 „strumentum propria nostra manu
 C 4 „sub-

Sæc. XVII. „subsignatum apud ipsum deposui
A. C. 1663. „mus. „

Quam parum autem promissi hujus
amplitudini operis constantia, mentis
que sinceritas constiterit, in Historiæ
„progressu patebit.

§. XI.

*Alexandri VII. Pontificis epistola ad
Franciæ Episcopos.*

Litteras igitur suas unacum præfatis
Jansenistarum articulis Convenien-
tis Episcopus die decima nona Junii
Romam transmissit, quibus perlectis
Alexander Papa ad diem vigesimam
primam Mensis sequentis Cardinalium
Congregationem indixit, ut de superius
deliberari posset: Censuere omnes
ad quinque eorum articulos utpote am-
bigue conceptos nihil esse responde-
dum, cum Jansenistæ nil aliud qua-
rere viderentur, quam ut decipiant
& responsum eblandiantur, quo prio-
res Constitutiones eludere possent, ut
jam antea Hodencurtius Redonensis
Episcopus in sua ad Rospiliosum Car-
dinalem data epistola monuisset hæc
perscribens, *Jansenistæ novam decisionem
fors expectant, ut primæ effectum evitent
& fulmen, quod ipsis Regis justitia inten-
tat, avertant, lex promulgata est, causa
finita*

finita, sed non finitæ artes, dolique: Præ-Sæc. XVII.
 terea in eadem Congregatione fanci- A.C. 1663.
 tum, quod Cardinalis Rospiliosus ad
 Convenensem & Laudunensem Epi-
 scopos, quorum agendi ratio Romanis
 minus probabatur, epistolam nonnisi
 verbis humanioribus plenam perscri-
 beret, quin ipsorum Zelum laborem-
 que commendaret, ipsemet vero Pon-
 tifex datis literis Episcoporum fervo-
 rem extolleret. Igitur Alexander VII.
 Papa ad eosdem has literas die vige-
 sima nona Julii transmisit.

„Venerabiles Fratres Salutem &
 „Apostolicam Benedictionem, ut nulli
 „Vestrum incompertum est, quanta
 „solicitudine Innocentius X. felicitis re-
 „cordationis prædecessor noster Janse-
 „niam hæresim radicitus evellere
 „conatus fuerit: quanta nos ipsi cura,
 „& instantia idem propositum indefi-
 „nenter prosequi non destiterimus: ita
 „nobis probe compertum est, atque
 „perspectum, quam indefesso studio
 „plerique vestrum Constitutiones Apo-
 „stolicas in Jansenii causa editas exe-
 „cutioni mandari procuraverint. Illud
 „autem non mediocri gaudio animum
 „nostrum perfudit; quod ex literis ex
 „Gallia recens allatis, accepimus illo-
 „rum indies crescere numerum, qui recte
 „sapiunt, præfatis constitutionibus sese
 „ultra

Sæc. XVII. ultro subijciantes; illorum vero de
A. C. 1663 „crescere, qui a veritate auditum
 „vertunt, & variis inanium interpre-
 „tationum argumentis decepti, decre-
 „tis Apostolicis refragantur. Is fuit
 „egregius sane laborum vestrorum fru-
 „ctus; majoris scilicet & potioris par-
 „tis, ut multi, iique cæterorum no-
 „mine primarii exemplo vestro, Con-
 „silio & opera ad saniolem doctrinam
 „inducti. ea, qua par est, ut credi-
 „mus, animi demissione sese paratissi-
 „mos exhibuerint ad illa omnia præ-
 „standa, quæ ipsis a Sede Apostolica
 „præscribentur. Unde jam merito spe-
 „rare possumus, juvante Domino,
 „breui fore, ut feliciter cæptum opus
 „feliciter perficiatis, præsertim si ut per
 „dictas Constitutiones mandatur, in
 „dictam executionem serio incumben-
 „tes tandem obtineatis, ut omnes ea-
 „dem fidei & charitate concordés in
 „via Domini ambulent; implorato e-
 „tiam, si opus fuerit, Regis Christianis-
 „sissimi subsidio, cujus in hac præ-
 „sertim causa maximus Zelus mirum
 „in modum enituit; quod re vera ut
 „summa laude dignum reputamus, ita
 „eidem maximæ gloriæ, & singulati-
 „apud Deum merito versum iri judica-
 „mus. Pergite igitur, VENERABILI-
 „LES FRATRES operi ultimam ala-
 „riter

„criter manum admove, & procu-
 „rare impense, ut omnes præfatis con-
 „stitutionibus Apostolicis se, ut par
 „est, subjiciant; & quinque proposi-
 „tiones ex *Jansenii* libro, cui nomen,
 „*Augustinus* excerptas, & in sensu ab
 „eodem Authore intento, prout illas
 „per dictas constitutiones Sedes Apo-
 „stolica damnavit, sincero animo reji-
 „ciant, & damnent. Ad quod illa
 „omnia remedia, quæ vobis pro exe-
 „cutione earundem Constitutionum
 „efficaciora, magisque opportuna vi-
 „debuntur, adhibere poteritis, Cæ-
 „terum eximiam Charissimi Filii Nostri
 „REGIS CHRISTIANISSIMI pieta-
 „tem a nobis sæpius probatam & lau-
 „datam animo recolentes, plurimum
 „de illa nobis pollicemur; nec dubi-
 „tamus potissimum, ubi opus erit,
 „quin is ad frangendam nonnullorum,
 „si qui remanserint, contumaciam, vo-
 „bis auxiliares manus porrigere, &
 „brachium Regium præstare dignetur.
 „Illi denique ac Fraternitatibus vestris
 „benedictionem Apostolicam paterno
 „animo impartimur. „

§. XII.

*Jansenistarum declaratio circa deci-
 sionem juris & facti.*

Vix

Sæc. XVII.
A.C. 1663.

*Abb. du
Mas. hist.
des cinq.
prop. l. 4.*

Vix Ludovicus XIV. Galliarum Rex
quæ Papa rescripsit, intellexerat
cum illico Episcopum Convenensem
hortaretur, ut huic negotio ultimam
manum adhiberet, & Jansenistas
inclinaret, ut, quæ nuper summo Pon-
tifici polliciti sunt, adimplerent, ejus-
que mandata exequerentur. Hic ergo
nulli pepercit labori, ut Jansenistas ad
saniora reduceret, qui tandem mentis
suæ declarationem iterum Episcopo
tradiderunt, quam etiam hic Regi die
vigesima tertia Septembris porrexit.
Erat autem hæc tenoris sequentis:
I. „Damnamus sincere quinque propo-
sitiones ab Innocentio X. & Alexan-
dro VII. damnatas. II. Eas nunquam
sub quocunque prætextu aut inter-
pretatione propugnabimus. III. Non
alia nobis est sententia circa has pro-
positiones, quam quæ continetur in
nostris quinque articulis ad Papam
transmissis, cui satisfactum fuisse ex
quibusdam nuperæ epistolæ Pontifi-
ciæ verbis colligimus. IV. Circa de-
cisionem facti seu, quod hæ quinque
propositiones ex libro Jansenii sint ex-
tractæ, & in hujus Authoris sensu
damnatæ, declaramus, quod erga
hasce definitiones omnem veneratio-
nem, reverentiam & submissionem,
quam Ecclesia in ejusmodi casibus,
hujus-

„hujusque naturæ materiis exigit, Sæc. XVII.
 „profitemur & profitebimur, agnoscen- A. C. 1663.
 „tes, quod privatos Theologos non
 „deceat, contra sacræ Sedis decisiones
 „insurgere, eas oppugnare aut illis re-
 „sistere. V. Firmiter etiam statuimus,
 „nos nihil unquam acturos, quo hæ
 „controversiæ resuscitarentur, dolui-
 „mus enim vehementer, quod per tot
 „annos Ecclesiæ pax fuerit propterea
 „perturbata. Speramus ergo, suam
 „Majestatem de nostra submissione,
 „contentam fore, atque agnoscere,
 „quod facta hac obedientiæ nostræ erga
 „Pontificias Constitutiones declaratio-
 „ne, haud amplius a nobis exigi possit. „

Hanc Portu - Regiensium declara-
 tionem Rex examinandam tradidit san-
 ctiori suo consilio, quod tamen censuit,
 illam nec eorum promissis nuper Papæ
 factis, nec literis Apostolicis esse con-
 formem. Eapropter Rex Præsules tum
 Parisiis agentes protinus convocari ius-
 sit, ut Pontificis literas reciperent, &
 Jansenistarum declarationem rursus
 examinarent: Igitur quindecim Præ-
 sules Præsidente Antonio Barbarino Car-
 dinale ac Rhemensis Archiepiscopo, re-
 mature deliberata die secunda Octobris
 censuerunt, literas encyclicas regia
 auctoritate firmatas pro exequendis
 Papæ literis ad omnes Regni Præsules
 esse

Sæc. XVII. esse emittendas, omnesque adigendos
A. C. 1663. ut formulæ sine ulla exceptione aut
 limitatione subscriberent, rejiciendam
 autem esse Jansenistarum declaratio-
 nem, utpote captiosam, effugiis ple-
 nam, & eo collimantem, ut Jansenii
 hæresin sub obedientiæ velo tegerent,
 postremas Papæ literas ceterasque e-
 jusdem Constitutiones everterent, ac
 sedulo declinarent, ne quinque propo-
 sitiones ex libro Jansenii decerptas in
 sensu hujus Authoris damnare coge-
 rentur. Hæc itaque hi Præsules in
 suis literis encyclicis ad omnes Regni
 Episcopos die secunda Octobris expla-
 narunt, eademque die hanc epistolam
 ad summum Pontificem dederunt.

Beatissime Pater!

„Ubi primum Sanctitatis Vestra
 „Breve datum die vigesima nona Julii
 „Anno Domini millesimo sexcentesimo
 „tertio in Gallias perlatum est, de his
 „quæ in eo continentur, certior factus
 „Rex Noster Christianissimus, pro ea
 „qua est pietate & in hæresim Jansen-
 „ianam odio, statim moneri voluit
 „illius fautores, ut, qui literis ad San-
 „ctitatem Vestram eorum nomine mis-
 „sis omne obsequium fuerant polliciti,
 „fidem sincere tandem liberarent: hi
 „paucis post diebus scripto ad Regem
 „Christi

„Christianissimum misso declararunt, se Sæc. XVII.
 „Constitutionibus Apostolicis obtempe- A. C. 1663.
 „rare ex animo, neque posse majoris
 „observantiæ dare argumentum, sub-
 „inde Rex Christianissimus jussit con-
 „venire Cardinales, Archiepiscopos,
 „& Episcopos, qui tum aderant in
 „Aula Regia, coram queis Sanctitatis
 „vestræ Breve, ac Jansenistarum illud
 „scriptum legeretur, ut eo diligenter
 „perpenso, & excusso constaret, an id
 „probandæ eorum fidei sufficeret. His
 „itaque secunda hujus mensis die Lu-
 „tetix congregatis primum Sanctitatis
 „vestræ Breve perlectum, ac summo
 „honore susceptum est; quo quidem
 „nobis innotuit, quanti apud eam si-
 „mus, constititque tantum Sanctitati
 „Vestræ debere nos, quantum persol-
 „vere difficile sit, tum ob eximiam
 „Sanctitatis Vestræ de nobis & nostra
 „in hacce causa agendi ratione existi-
 „mationem, tum ob paternam erga
 „Ecclesiam Gallicanam charitatem,
 „qua Jansenianam hæresim, qua hic
 „plurimorum animos veneno suo vel-
 „uti dira quædam pestis afflavit, om-
 „nino extinguere molitur. Deinde
 „vero productum est Jansenistarum il-
 „lud scriptum in quinque divisum ar-
 „ticulos, cujus tenorem integrum ad
 „Sanctitatem vestram mittimus. Quar-
 „tum

Sæc. XVII. „tum hic duntaxat Articulum refer
A. C. 1663. „mus, utpote quo præcipuam officii
 „sionis causam contineri nos arbitramur,
 „mur, illi cumulate suo tum officio
 „tum erga Sanctitatem Vestram obsequio
 „quo se satisfacere asserunt. An re
 „ita se habeat, judicet Sanctitas V
 „stra ex his eorum verbis e gallico
 „idiomate in latinum sermonem con
 „versis. „

Quod spectat ad decisiones facti, quæ continentur in Constitutione Alexandri VII. quibus definitum est, quinque propositiones ex Jansenii libro excerptas esse, & sensu ab eodem Authore intento damnatas declaramus, nos eas Definitiones omni cultu obsequio, & observantia, quam exiguntur fidelibus Ecclesia in similibus causis, & ejusmodi naturæ rebus, prosequi, & semper esse prosecuturos; arbitrati ad privatum Theologos nullatenus pertinere in sanctæ Sedis decisiones insurgere, eas oppugnare vel eis resistere.

„Mirifica nostrum omnium, quod
 „quot aderamus in his verbis reprehendendis existit consensus. Vnde
 „sunt enim subdola, simulatum duntaxat obsequium præ se ferentia mentis
 „te versipelli & calida concinnata
 „eque periculosiora, quod formulæ
 „ideo in conventibus nostris institutæ
 „ut V. S. Constitutioni debita reverentia
 „rent

„rentia magis ac magis sanciretur, uni-
 „formitatem dissolvant, & evertant. Sæc. XVII.
A.C. 1663.
 „Istud itaque scriptum rejiciendum
 „censuimus tanquam fictum, & nulla-
 „tenus catholicum, necessumque esse
 „duximus, ut mentem apertius expo-
 „nant, exprimantque luculentius im-
 „plicatas animi cogitationes; cum ex
 „eorum scriptis & sermonibus liquido
 „constet, eos in id juxta incumbere,
 „ut obsequium silentio duntaxat, non
 „vero mutata sententia & doctrina si-
 „gnificent. His ita Sanctitati Vestræ
 „expositis, prout postulat nostra com-
 „munis erga eam officii ratio, superest,
 „ut ei confirmemus, nihil quidquam
 „in omni vita nobis antiquius, neque
 „tam fixum unquam fore, quam ut
 „sedulo curemus, ut constitutiones
 „Apostolicas & Beatitudinis Vestræ Bre-
 „ve recens ad nos datum, omnes se-
 „rio exequantur; præsertim cum in eo
 „toti sint Jansenistæ, ne quinque pro-
 „positiones e *Cornelii Jansenii* libris ex-
 „cerptas, & in sensu ab eodem Au-
 „thore intento damnatas sincero animo
 „rejiciant & damnent, parati alias ad
 „omne obsequium erga sanctam Sedem
 „Apostolicam, dummodo illius Autho-
 „ris Doctrinam ut Orthodoxam non
 „anathematisent. Porro eorum per-
 „tinaciam nos facilius fracturos confidi-
 „mus, *Nist. Eccles. Tom. LXIII.* D

Sec. XVII. „mus, quod & Sanctitas Vestra Au
 A.C 1663. „thoritate sua deliberationis nostræ
 „quæ tota quanta est, in Apostolice
 „fundatur constitutione, executione
 „semper præsto sit futura, & Regem
 „etiam Christianissimum habemus ejus
 „rei non modo adiutorem, sed & Au
 „thorem, & accerrimum defensorem
 „cujus sane pietas Sanctitati Vestre
 „manifesta, & in nuperrimo ejus Bre
 „honorifice testata, ea est, ut in Re
 „ligionis, & sanctæ Sedis tuendæ fir
 „dio nunquam pares illi principes lu
 „bitura sit Ecclesia. Quæ cum ita fir
 „Beatissime Pater, nihil nobis reliquu
 „est, quam ut Benedictionem Apostoli
 „licam supplices flagitemus, & annu
 „Beatitudini Vestræ longævus eni
 „precemur; ut Petri navis Jansenian
 „hæreseos procellis jactata vehemen
 „tius in portu tandem ejus ductu
 „liciter conquiescat. Ita ex animo
 „vent &c. „

Quamprimum Gilbertus Choiseul
 Conveniensis Episcopus compererat
 suam declarationem, quam Jansenian
 rum nomine Regi porrexerat. *pro captivitate*
artibus plena, & sub verbalis obsequii
cie hæresin Jansenianam tegente, ab Ep
 scopis fuisse habitam, mox ad Regem
 die vigesima prima Januarii anno
 sequenti dedit literas, in quibus dec
 rabo

rabat, quod Jansenistarum declaratio Sæc. XVII.
 non sit *hæretica*, eoquod hi summo Pon- A. C. 1663.
 tifici polliciti essent, quod a suis arti-
 culis demere, addere, vel mutare vel-
 lent, quicquid suæ Sanctitati illis præ-
 scribere libuerit, quod formulæ sub-
 scriptionem ideo non promississent, quia
 P. Ferrierus dixisset, quod huic for-
 mulæ non insisteretur, & quod ipse-
 met efficere velit, ut ab hac subscri-
 ptione amore pacis desisteretur, aliunde
 vero ne ipse quidem Pontifex hanc for-
 mulam nec sua Constitutione nec suis
 literis ratam habuisset: quod autem
 pro quæstione facti duntaxat reveren-
 tiæ submissionem polliciti sint, si in
 hoc peccarint Jansenistæ, seipsum quo-
 que omnium criminum, quæ illis im-
 putantur, reum esse profitebatur hic
 Episcopus, eoquod certum sit, dogmata,
 non facta, esse divinitus revelata, &
 si Ecclesia est infallibilis circa dogmata,
 circa facta autem decipi posset, hinc
 quæstio facti a quæstione juris omnino
 separanda sit, alias Ecclesia esset simul
 fallibilis & infallibilis, & quamvis,
 quicquid a Papa est definitum & ab
 universa Ecclesia receptum, sit ejus-
 dem infallibilitatis, ac si esset ab Oe-
 cumenica Synodo definitum, non ta-
 men omne, quod ita definitum est,
 sit articulus fidei, quia definitionibus

D 2

facto-

Sæc. XVII. factorum, non item definitionibus de
A. C. 1663. matum contradici possit, licet ad con
 servandam Ecclesiæ pacem quilibet
 tiam illis obsequiosam submissione
 testari teneatur, prout fecerunt Jan
 nistæ in sua declaratione.

Hæc Episcopus ad amoliendam in
 vidiam Regi exposuerat, incassum
 men; quippe Rex suo edicto insupe
 etiam anno sequenti formulæ subscri
 ptionem sine ulla limitatione omni
 urgebat.

Postquam igitur Episcoporum Pa
 risiensium literæ, Regisque manda
 ad omnes Regni Præsules fuerunt trans
 missa, Jansenistis nil reliquum er
 nisi ut editis quamplurimis libellis Pon
 tificem, & præcipue quindecim illi
 Episcopos nuper congregatos injuri
 lacefferent, eisdem exprobrantes, quod
sine auctoritate, sine examine, sine delibe
ratione, & causæ cognitione pro exequen
dis Constitutionibus, quæ hæresin flammam
liunt, media selegerint, & S. Augustini
discipulos nec auditos nec vocatos dam
narint. Ita reverenter de Pontifici
 Constitutionibus loquebantur Portu
 Regienses, qui tamen paulo ante in sua
 declaratione professi sunt, quod *nullatenus*
easdem Constitutiones violare aut in
fringere intendant: simulque agnoscent
non pertinere ad Theologos particulares

ut se elevent contra decisiones *S. Ecclesiæ* Sæc. XVII.
aut eas impugnent vel eis resistant. Nec A. C. 1663.

verebantur, illos Episcopos, quos antea
intrepidos *Divinæ*, quæ in *Episcopis* re-
sidet, auctoritatis defensores deprædicave-
rant, nunc velut partium studio, & ce-
terorum timore excæcatos, atque ab-
reptos traducere: ediderunt quoque
die prima Octobris libellum, quo illos
Theologos vindicabant, qui ad quin-
que propositiones in sensu Jansenii sine
explicatione damnandas sese minime
adstringi censuerunt. Perperam au-
tem Alexandro VII. Pontifici affinge-
bant, perinde ac si per hæc verba: ad
saniolem doctrinam inducti, eorum pro-
fessionem fidei approbasset, cum ta-
men omnino constet, quod summus
Pontifex illorum quinque articulos, in
quibus eorum professio fidei contine-
batur, tanquam captiosos & ambiguos
nequidem responso dignatus sit, præ-
fata autem Pontificis verba respiciant
relationem Franciæ Episcoporum, qui
in suis literis Pontifici nuntiaverant,
illorum indies crescere numerum, qui
RECTE SAPIUNT, præfatis Consti-
tutionibus se ultro subjicientes: quomodo
autem se ad saniolem doctrinam reversos
credere poterant, cum se nunquam a
sana doctrina recessisse jactitarent.

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. XIII.

Comitia Ratisbonæ habita.

Jam ante biennium Leopoldus I. Imperator Ratisbonæ comitia indixit in quibus hoc anno die decima tertii Januarii deliberari voluit, qua ratione Turcis resisti, & pax domestica conservari, necnon & difficultates ad proxima comitia rejectæ tolli possent: Rescriptum diu multumque de harum propositionum ordine, tandem die vigesima prima ejusdem Mensis Guilielmus Comes de Thun Archiepiscopus Salisburgensis & Cæsareus Legatus præprimis de conquirendis pecuniis vel militum subsidiis agi voluit, ubi post crebras altercationes tandem plurium suffragio conclusum, Cæsari in bellum Turcicum quinque, ut vocant, Mensium exactiones esse impetrandas. Verum tam pertinax ceterorum, & præcipue illorum, qui Rhodano foederi nomen dederant, erat dispositio, ut Cæsar hoc anno nullam Imperio opem sperare posset, & copias quas Electores ac Principes subministrant, primum Turcis jamjam in Hungaria recedentibus, in Hungariam ventarent. Ita cunctatio, & privi commodi Studium, solito suo vitio

bene consulta evertit, non sine maxi-Sæc. XVII.
mo rei Christianæ damno. A. C. 1663.

§. XIV.

Turcarum invasio in Hungariam.

Interim insuperhabita pacis negotia-^{Priorat.}
tione Mehmet Vizirius Tartaris^{Hist. di}
junctus sedata Ægyptii Bassæ rebellio-^{Leop. p. 2.}
ne cum centum suorum millibus Hun-^{lib 3.}
gariam invasit, ac profligatis prope^{Orthel.}
Baracanum Adami Comitis Forgatsii^{Chron. Hung.}
copiis die decima octava Augusti Neo-^{Tuld. Hist.}
solium undique cinxit, & tumultuan-^{Hung. l. 1.}
tibus præfidiariis die vigesima sexta
Septembris post sex hebdomadarum
obsidionem munitissimam hanc urbem
deditione cepit: hujus jacturæ culpa
ab æmulis rejecta est in Forgatsium,
qui custodiæ datus vindicata innocen-
tia paulopost liber dimissus est: Ve-
zirius vero capta hac urbe promotisque
castris Nitriam ignave defensam, &
Leventium necnon Novigradum deci-
mo nono obsidionis die quinto Novem-
bris præter alias circumvicinas urbes
expugnavit; indeque latius sese exten-
dens, prope Freystadium trajecto flu-
mine Cæsareos, quorum Ductor erat
Comes Montecuculus, aggressus est,
ingentem tamen cladem pertulit: cum
autem idem Comes veritus, ne suis

D 4

redi-

Sæc. XVII. reditus intercluderetur, Posonium us
A. C. 1663. que ad reliquum exercitum secedere

Turcæ Tyrnaviam, Moderam, & Posonium
 singam versus flamma ferroque cuncta
 devastarunt, repressi tamen fusique sunt
 semel atque iterum in Croatia & Styria
 finibus: nihilominus Vezirius Posonium
 ad ultroneam deditionem promissis &
 minis sollicitavit, spe autem sua frustra-
 tus, crebras in Moraviam & Silesiam
 irruptiones fecit, non sine maximo
 incolarum damno: quippe Turcæ Tartaris
 juncti prædandi avinitate, omnisque
 crudelitatis impunita stimulatim Olmutzium
 pene usque incredibile Tyrannide per devia
 & avia pervagantes, in ipsis etiam montium
 cavernis in fugitivos Christianos invellunt,
 senes ferro jugulant, Mulieres ac Virgines
 stupris vitiant, infantes ab uberibus avul-
 sos ad parietes allidunt, pedibus conculcant,
 ac in frustra gladiis dissecant, alios semivivos
 saccos involvunt, illosque in equos injiciunt,
 adultos vero catennis onustos non minus
 quam duodecim millia, pecorum more in
 dirissimam servitutem secum abstrahunt,
 demum tota circum regione rapinis,
 cædibus, & incendiis devastata spoliis
 onusti ad sua castra reversi sunt. Paulopost
 pinquioris prædæ spe illecti rursus Posonio in
 Moraviam

viam irruerunt, ac plusquam viginti Sæc. XVII.
 utriusque sexus millia aut morti aut A.C. 1663.
 perpetuæ servituti destinarunt: tertiam

autem invasionem tentantes a rusticis
 armatis male mulctati recesserunt: cla-
 dem tamen suorum ulturi Silesiam in-
 vasere, prædasque opimas & aliquot
 Christianorum millia secum raptarunt.
 Tum vero ipso bello major ubique erat
 Turcicæ immanitatis timor: Fugiant
 ex Hungaria Viennam Palsii, Regni
 Palatinus, Cancellarius, Strigoniensis
 Archiepiscopus, Nitriensis Præsul, &
 magno numero Proceres & Matronæ;
 nec ipsa urbis amplitudo fugientium
 numerum capiebat, unde Imperator
 non modo Jaurinum, sed & Viennam
 egregie communiri, ejus suburbia, ne
 hosti prodesse queant, dirui, ac rebus
 omnibus etiam cibariis quasi ad proxi-
 mam obsidionem instrui jussit. Con-
 scribuntur in omnibus hæreditariis Pro-
 vinciiis milites, ablegantur Oratores
 ad omnes Christianos Principes, ut
 prompta validaque sollicitarent auxilia,
 quæ tamen sub variis obtentibus ab
 Anglis, Hollandis & Danis negata
 fuere: Pollicebantur Galli pecunias &
 militum suppetias, & Genuenses, Luc-
 censes, necnon Etruriæ & Mantuæ
 Duces ingentem auri vim conferebant:
 Alexander quoque VII. Papa septin-

Sæc. XVII. genta scutorum millia Cæsari iterum
A. C. 1663. vicibus submiserat, eique indulgit,
 ex immobilibus Ecclesiasticorum bonis
 exactiones petere posset, Cardinalis
 Harrachio Pragenſi Archiepiſcopo, Craſſa
 Apoſtolicæ Sedis Nuntio & Vien-
 nenſi Epifcopo conſtitutis, qui collectas
 pecunias in neceſſarios uſus partire-
 tur. Præterea Pontifex octo peditum
 & duo equitum millia in Styriam tran-
 mittere, pollicitus eſt. Expectabant
 etiam anxie adventus copiarum, quæ
 Imperii Principes, Duſtore Leopoldo
 Guilielmo Badenſi Marchione, ſup-
 plias mittere decreverant: Hiſpani ve-
 & Luſitani, mutui belli expenſis, ſu-
 xilii impotentiam excuſabant.

§. XV.

Catholici ex Anglia, Scotia & Hibernia excedere juſſi.

Thoiras hiſt.
d' Angl. l. 23.
Salmon Hiſt.
Chron. t. I.
pag. 322.

Præter crebras conſpirationes ſectarum
 diverſitas, ac frequentia græves in Anglia tumultus & querelas
 contra Carolum II. Regem concitabant. Presbyteriani enim Prædicantes
 ferebant, quod Rex in ſua declaratione Bredæ facta promiſiſſet,
 quod nullus ob religionem ſuam moleſtaretur: illi
 igitur Catholicis nimium favere, interpretabantur,
 & ſi Presbyterianis indulgentiam

gentior esset, id factum credebant, ut Sæc. XVII.
 eosdem quoque favores Catholicis im- A. C. 1663.
 pertiri posset: Augebatur eorum fu-
 spicio, postquam Rex Clarendonium
 Comitem Regni Cancellarium Catho-
 licorum æque ac Presbyterianorum
 hostem haud ultra sua dignabatur gra-
 tia, atque exauctorato Nicholaso inti-
 mo ejus amico Bennetum postea Ar-
 lingtoniæ Comitem Catholicorum Pro-
 tectorem, qui unacum Bristollio Co-
 mite Regem ad fidem Catholicam Fon-
 tarabiæ reduxisset credebatur, subroga-
 vit: Pariter a ritu Anglicano alienis
 offensioni erat, quod Rex Catholicam
 Lusitani Regis Filiam duxisset, ac die
 decima octava Februarii coram Parla-
 mento perorans, hæc dixisset: „Mea
 „declaratione Bredana quorundam
 „spei, & aliorum timori limites ponere
 „decevi; primævo enim naturæ hor-
 „rore in quempiam ob Religionis dispa-
 „ritatem sævire, ac sanguinem fundere
 „exhorresco, nec tamen me Papismo
 „favere credatis: id vero fateri cogor,
 „quod ex hac religione quamplurimi,
 „cum Patri meo, mihiq; integra fi-
 „delitate deservierint, eadem aliorum
 „a nostra religione alienorum indul-
 „gentia frui, promereantur: Nolo au-
 „tem, ut eis tolerantia indulgeatur, aut
 „ad Regni regimen habiles declarentur,
 „imo

Sæc. XVII. „imo ut eorum doctrinæ progressus
A. C. 1663. „Regni leges sistatur, desidero: Pe

„suasum vobis est studium meum erga
„Protestantium religionem, sicut
„erga uniformitatis legem, quam vel
„Regulam nostræ Religionis veneror
„eamque in sua puritate, & integritate
„absque ulla alterius doctrinæ
„mixtura observari cupio: Si tamen
„Non-Conformistæ quiete vivere desin-
„derant, vellem, ut etiam in certis
„occasionibus erga hos indulgens es-
„valerem, nec vel ipsimet ultro e re-
„gno excedere molirentur, nec si
„eo persistere velint, ullum pacem tur-
„bandi obtentum haberent.„ Disple-
cuit hic Regis sermo Curiae inferiori
Senatoribus, qui Regem arguebant,
quod Catholicos æque ac Non-Con-
formistas in Regno tolerari, clam in-
tendisset; quocirca eundem acceden-
tes, die undecima Aprilis ei propone-
bant, quod etsi neminem ob religio-
nem molestari promississet, huic tamen
pollicitationi religiosius insistere non
obstringeretur, cum hæc duntaxat sim-
„plex esset benevoli sui animi declaratio
„a Parlamenti beneplacito, ejusque
„consilio dependens: de cetero autem
„ejus clementia erga Catholicos ingen-
„tem Sacerdotum & Jesuitarum nume-
„rum ad Regnum acciverit, ac pro-
„pterea

„pterea eum rogarent, quatenus pro- Sæc. XVII.
 „mulgato edicto præciperet, ut exce- A. C. 1663.
 „ptis iis, qui Reginæ & Oratoribus ab
 „obsequio sunt, omnes Catholicos e
 „Regnis suis præstituto die excedere
 „juberet: Ad hæc reposuit Rex, mea
 „clementia ortum traxit ex miti indole
 „mea, & gratitudinis lege, quam ego,
 „qui tam diuturno tempore in exteris
 „regionibus cum Catholicis versabar,
 „profiteor propter obsequia, quæ Rex
 „Pater meus & ego in maximis nostris
 „afflictionibus ab iis recepimus Edi-
 „ctum vero, quod petitis, promulgabo,
 „illiusque executionem severe urgebo.
 „Porro universo Orbi notum est, quanto
 „Zelo Religionis stabilitæ augmentum
 „promovere, & Papismi incrementa,
 „tanquam unicum conservandæ pacis
 „medium, præpedire intentus sim.
 „Igitur Carolus Rex Avi, Patrisque
 „fui fato territus, etsi animo suo Ca-
 „tholicus esset, edictum Londini pro-
 „mulgavit, ut omnes Catholici intra
 „triduum ex Anglia, & intra octiduum
 „ex Scotia & Hibernia excederent: ni-
 „hilominus tamen adversus Regem,
 „Regiasque partes, necnon contra Or-
 „mundum Hiberniæ Pro-Regem Mense
 „Julio conspirabant Independentes, &
 „Anabaptistæ, qui Reipublicæ regimen
 „revocare, variasque urbes in Septen-
 „triona-

Sæc. XVII. trionali occupare moliebantur, verum
 A. C. 1663. detecta conspiratione Thomas Scotus
Eduardus Warrenus, & Jonas We-
 coterfus seditionis auctores Dublini
 vincula coniecti Mense Januario anni
 quentis extremo multati sunt supplicio
 qui tamen omnes suo fanatismo im-
 mortui populo persuadere nitebantur
 se Dei jussu arma sumpsisse.

§. XVI.

*Morinus hæreticus Parisiis ad rogam
 damnatus.*

Stand. Lex. Eodem tempore, quo Ludovicus
Pol. Daniel XIV. Franciæ Rex, ut Hugnot
hist. de rum petulantia frænum injiceret, de
Franc. t. 10. creta adversus eos innovabat, ac qua-
 tuor eorum Tempia sine Regis bene-
 placito erecta, necnon alia viginti tri-
 in ditione Gebenensi solo æquari, Au-
 toresque novæ sectæ Illuminatorum
 carceribus includi jufferat, pariter
 lius hæreticus & Fanaticus, nomine Sa-
 meon Morinus patria Albamalenfis di-
 gnas suæ malitiæ poenas dedit. Hu-
 sine S. Scripturæ lumine articulos fidei
 scrutari ausus, sese Spiritum Sanctum
 esse jactitabat, & jam viginti abhinc
 annis vesaniæ suæ multos sibi socios
 etiam duos Sacerdotes adsciscens, anno
 hujus sæculi quadragesimo septimo li-
 brum

brum, cui titulus: *Cogitationes Morini* Sæc. XVII.
edidit, in quo præter Quietismi hæ- A.C. 1663.
resin, neque per enormia peccata gra-
tiam amitti, inque omnibus sectis
quosdam electos, veræque Ecclesiæ
membra esse tradidit, hosque errores
pertinaciter propugnavit: Simulabat
Joannes de Marets, perinde acsi Mo-
rini doctrinæ acquiescens, sese illius
Magisterio dedere vellet, re tamen ipsa
ejus errores detexit: Igitur in judi-
cium vocatus, tunc velut mentis im-
pos nullo alio supplicio, quam publico
ludibrio dignus dimittebatur: cum
vero sua deliramenta non sine maxima
pervicacia palam defenderet, iterum
ad quæstionem tractus, & de erro-
ribus convictus Parisiis igni adjudica-
tus est: Ceterum infelix hic homo to-
tius Orbis reformationem per novum
Christi adventum, qui in ejus glorioso
corpore apparuisset, futuram mentie-
batur, simulque se tertia die resurre-
cturum promiserat, quocirca ex vulgo
innumeri triduo ad ejus cineres vigi-
lias agebant, Morini resurrectionem,
frustra tamen, præstolantes.

Hanc Catholicorum offensionem
reparabat ingens lætitia; eodem enim
anno Princeps Christianus Mechel-
burgi & Schwerini Dux Parisiis in
Gallia die vigesima nona Octobris
di-

Sæc. XVII. dimissa Conjuge sua, coram Cardinale Antonio Barberino, ejurato Leutheri commentio ad fidem Catholicam reversus est.

§. XVII.

Joannes Carolus de Medices Cardinalis mortuus.

*Ciacon. in
vita Inno-
centii X.*

Ineunte hoc anno die vigesima tertia Januarii Florentiæ decessit Joannes Carolus de Medices Cosmi II. Magni Etruriæ Ducis Filius, quem Innocentius X. ut se Mediceæ Familiæ benevolum exhiberet, absentem ac ceteris priorem Romana Purpura decoravit. Alexander vero VII. ejusdem Successor eundem unacum Friderico de Habsburgia Cardinale Legatum decrevit, ut Christinae Suecorum Reginæ Romanam properanti obviam procederet: Attingit nonnisi annum ætatis quinquagesimum secundum.

§. XVIII.

Nicolai de Comitibus Cardinalis obitus.

*Ciacon. in
vita Alex-
and. VII.*

Obiit pariter hoc anno Nicolaus de Comitibus Guidiis a Balneo: Hic cum Philippo Columnensi Principe in Hispaniam profectus, magno in ho-

not

nore a Philippo IV. Rege habebatur, **Sæc. XVII.**
inde vero Romam reversus, sub Gre- **A. C. 1663.**

gorio XV. Papa Pontificii exercitus Du-
ctor Vallem Telinam egregie defendit:
Regnante autem Urbano VIII. Marchiæ
Anconitanæ & Ferrariensis militiæ Præ-
fecturam per septem annos summo cum
applausu sustinuit. Inter hæc uxore
sua orbatus, armis valere iussis, Cle-
ricum induit, nihilominus tamen Papæ
jussu exercitus contra fœderatos Italiæ
Principes contracti curam, ac demum
pacis Nuntium egit: Paulopost Athe-
narum Archiepiscopus in Gallias Lega-
tus decernebatur, ubi capto Cardinale
Radesiano immunitatem Ecclesiasticam
contra Aulicos strenue propugnavit,
sibi que Cardinalitiam dignitatem pro-
meritus est: Eminuit rara pietate &
prudencia, ac Senogaliensis Episcopus
ab Alexandro VII. renuntiatus, suos
proventus in Ecclesiæ decorem, & pau-
perum levamen potissimam partem im-
pendit, & quamvis dignitatis suæ splen-
dorem ob inopiam ægre sustinere pos-
set, nihilominus pretiosiores suam
suppellectilem, Palatium, & vineas
vendidit, ut haustis inde pecuniis Cæ-
sarem contra Turcas juvare valeret:
tandem octogenarius die vigesima ter-
tia Augusti Romæ mortalitatem exiit,
in PP. Capuccinorum Templo sepultus.

Hist. Eccles. Tom. LXIII. E §. XIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

§. XIX.

Tornacensis Synodi Diœcesanæ decreta, & Monasteriensis Episcopi epistola Pastoralis.

*Concil. Germ.
tom. 10.*

Rurfus hoc anno die decima Maji Franciscus Villani a Gandavo Tornacensis Episcopus suam celebravit Synodum, in qua potissimum statuta prioris Synodi exactius observari præcipiens inter alia decrevit, ut Capellani Parochos in Sacramentorum administratione aliisque functionibus adjuvent nec illis exprobrent, quod eis nullam subjectionem & obedientiam præstare teneantur, sed ab omni eorum curâ exempti sint. Pariter Christophorus Bernardus de Gallen Monasteriensis Episcopus die sexta Octobris pastorem edidit Epistolam, in qua suorum hortabatur, ut edicta, quibus aliis Synodis fidelium crimina coercerentur, in usum deducere satagerent ne divina bonitas hominum peccatis ulterius lacerata a Turcarum tyrannide eos opprimeret & in dirissimam servitutem pertraheretur.

§. XX.

Diversæ Alexandri VII. Papæ Constitutiones.

Plures prostant Constitutiones ab Ale-
xandro VII. summo Pontifice ema-
natæ, quarum una die decima tertia
statuit, ut Fratres Laici Ord. FF. Dis-
calceatorum Redemptionis præter tria
vota quartum emittant de non trans-
eundo ad Statum Clericalem vel Sa-
cros Ordines, nullumque jus suffragandi
in quocunque negotio habeant. Sanci-
vit etiam die trigesima Maji, ne Fra-
tres Ordinis Prædicatorum ante ex-
pletos annos a Tridentino præscriptos
ad S. Ordines ascendant. Prohibuit
quoque die vigesima Novembris inscri-
ptiones omnes imaginum SS. Francisci
& Antonii de Padua, in quibus dici-
tur, quod hoc habitu usi fuerint, vel
quod in hoc vel illo Ordine S. Fran-
cisci sint veri legitimi & non interrupti
Filii sancti hujus Patris.

§. XXI.

*Petrus de Arbues Canonicus Cæsar-
Augustanus ab Alexandro VII.
Beatorum Albo inscriptus.*

Hoc item anno die decima septima
Aprilis Alexander VII. Papa Vene-
rabilem Petrum de Arbues Metropoli-
tanæ Ecclesiæ Cæsar-Augustanæ Ca-
nonicum & primum apud Arragones
Inquisitorem Beati nomine nuncupan-
dum

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

Bull. magn.
Const. Alex-
and. VII.

Bull. l. c.
Const. 139.

Sæc. XVII. dum declaravit. Hic dum Inquisi-
A.C. 1663 ris munus magno Religionis Zelo

Regno Arragoniæ exercebat, a Jude
in odium fidei immaniter trucidatus
est: cum igitur de hujus Viri sanctitatis
virtutibus, Martyrio, causa Martyrii
prodigio quoque effervescentis ac mul-
tiplicati ejus sanguinis, aliisque mi-
culis a Deo per eum perpetratis rite
legitime constitisset, Alexander Pius
ad preces Hispani Regis, aliorumque
indulxit, ut hic Dei Servus in posterum
consueto Beatorum honore decoraretur,
ejusque festum die sui obitus
cima septima Septembris coleretur.

§. XXII.

*Variae SS. Congregationum de-
cisiones.*

*Decis. S.
Cong. Rit.*

Cum Urbinatenses Religiosi con-
Episcopum, qui reliquias San-
visitare voluit, quererentur, sacra-
tuum Congregatio die decima Ma-
decidit, quod Episcopus reliquias San-
ctorum cultui antiquitus expositas
Ecclesiis Regularium visitare nequeat
eoquod non constet fuisse unquam
ipso visitatas aut approbatas juxta
Vaticani dispositionem Sess. 25. decla-
vit quoque eadem Congregatio, quod
Episcopus, nisi habeat speciale pre-
leg

Sæc. XVII.
A. C. 1663.

legium, compellere non possit Regulares, ut exhibeant Sacristiæ libros, in quibus adnotantur celebrationes Missarum ex Legato pio celebrandarum. Instantibus autem quibusdam Episcopis Dalmatiæ die quarta Augusti eadem Congregatio respondit, quod Passio in Missis privatis legi debeat a celebrante in cornu Evangelii, licet in Missa solemni legatur in cornu epistolæ, non autem permittendæ sint duæ processiones de eodem festo in eodem loco & die, Episcopus tamen de jure possit cogere Parochos tam sæculares quam Regulares, ut conferentiis casuum conscientiæ interfint.

§. XXIII.

Principum ac Illustrum obitus.

Decessit hoc anno ex apoplexia Guilielmus Hassiæ Landgravius die vigesima quarta Julii anno ætatis suæ quinquagesimo quinto, qui Matri suæ Amaliæ Elisabethæ ditionum suarum augmentum, ac Regiminis tranquillitatem in acceptis referre cogebatur, quo otio usus Academiam Marpurgensem restaurabat. Obiit etiam hoc anno Christina Victoris Amadæi conjux & Henrici IV. Filia die vigesima quarta Decembris, quam vigesimo post die sequebatur

E 3

Sab-

Sæc. XVII. Sabaudia Ducis Conjux Aurelianensis
A. C. 1663. Ducis Filia die decima quarta
 nuarii defuncta: Obiit etiam ex pu-
 perio improlis ac nonnisi vige-
 novem annos nata Margareta
 lantha Reinutii II. Parmensis Ducis
 Conjux, & Victoris Amadæi Sabau-
 dia Ducis Filia: Tandem die undecima
 Maji Rothomagi naturæ debita
 solvit Henricus Dux Longevillæus Ni-
 mannæ Prorex, Princeps ingenii
 & prudentia, quæ individuum con-
 tem habuit pietatem, vere eximium
 qui ita amplissimis honoribus, ac
 vitiis valedixit, acsi nullas unquam
 sedisset, & quamvis toga, sagoque
 Franciæ incrementum meruisset, co-
 secta tamen Monasteriensi pace,
 quam primus Orator erat nominatus
 unacum Condæo & Contio Principibus
 in carcerem fuit conjectus, nonnisi Pa-
 lamenti violentia inde liberatus.

§. XXIV.

*Scriptorum religione Catholicorum
 fata & opera.*

Dupin
 Nouv. Bibl.
 des Auth.
 Siècl. XVII.
 pag. 63.

Paucos ex Scriptoribus Catholicis
 anno defunctos offendimus, ex quibus
 primus erat Gregorius Valentianus
 Ord. Cappuccinorum, qui Hymnodius
 SS. Patrum, practicam moralem uni-

cim casuum reservatorum, & suppetias *Sæc. XVII.*
 agonizantium posteris reliquit. II. Joan- *A. C. 1663.*
 nes Merinero Franciscanus, qui com- *Alegamb.*
 mentaria in regulam S. Claræ, tracta- *Bibl. Script.*
 tum de Conceptione B. V. præter alia *S. J.*
 elucubravit. III. Tamagna a Matre
 Dei Ord. Mariæ de Mercede scripsit
 discursus duos super epistolam B. V. ad
 Messinenses. IV. Antonius Diana Cle-
 ricus Regularis Theatinus, qui novem
 tomos resolutionum moralium, sum-
 mam resolutionum & plurima alia edi-
 dit: obiit Romæ die decima octava Ju-
 lii anno ætatis septuagesimo septimo.
 V. Theophilus Rainaudus Jesuita typis
 vulgavit novendecim tomos præter
 unum posthumum, in quibus de Christo,
 ejus attributis, de morali disciplina,
 virtutibus & vitiis, de Theologia na-
 turali, de Eucharisticis, Marialogicis,
 Pontificiis, Philologicis, Polemicis, *Vid. supra*
 moralibus, & Asceticis sat erudite dis- *t. 59. l. 198.*
 servit: ejus tamen tractatus de Marty- *S. 22. p. 447.*
 rio, de Communionem pro mortuis, &
 de confixione librorum, ac de Gustu
 operis olim a S. Congregatione Indicis
 fuere prohibiti, emendati vero recudi
 sunt permessi. Anno autem 1672. die 23.
 Martii proscriptus etiam est ejus *Apo-*
pompæus, qui in posthumo illius tomo
 continetur. Edidit quoque *Hagiolo-*
gium Lugdunense, atque *exoticum*, & cri-
 ticam;

Sæc. XVII. ticam, ac Miscellam Sacram. Plur
 A. C. 1663. mum tamen insignis hic Auctor suæ
 mæ derogavit edita censura in symb
 lum Apostolicum, quæ eidem a
 scribitur.

§. XXV.

*Quorundam Scriptorum Acatolic
 rum obitus & lucubrationes.*

*Freher
 Theatr. &
 rud.*

Ex Scriptoribus Acatolicis, qui h
 anno decesserunt, memorantur.
 Georgius Kendall, qui scripsit vindic
 tionem doctrinæ in Ecclesiis receptæ
 de prærogativa Christi, de præsevera
 tia Sanctorum, & de impossibilitate
 vorum actuum immanentium in De
 II. Thomas Baylie edidit tractatum
 merito Christi, de modo conversionis
 & Concionem ad Clerum. III. Edu
 dus Reynell scripsit de periculo libe
 tinismi, amicitias cælestes, beneficio
 afflictionis præter alia. IV. Sam
 Bugge elucubravît Ethicam Christi
 nam & munitam animarum turrim
 nomine Jesu. V. Raynoldus Francke
 berg posteris reliquit fundamenta ver
 chronologiæ Scaligerianæ contra Pe
 vium, Calvisium, & Petitem. VI. Jo
 nes Beuverus *publici* juris fecit Synop
 Historiarum, & methodum novam
 necnon angarias Turcicas hodiernæ
 Ecclesiæ Græcæ. VII. Philippus Frie

lieb prælo subjecit Stoecheiologiam, Sæc. XVII.
Theologiam, Medullam Theologiæ the- A. C. 1664.
ticæ, polemicæ & moralis, Angelo-
logiam, observationes Biblicas in V.
& N. Testamentum, Anthropologiam,
Ecclesiologiam, viridarium Biblicum,
explicationes Evangeliorum, colloquia
cum Calviniano, Christologiam & alia
nonnulla.

§. XXVI.

*Duo Jansenistarum libri Regio edicto
ad rogum damnati.*

Præsentem annum hujus sæculi sexa- *Abb. du*
gesimum quartum Jansenii Fauto- *Mas Hist.*
res suis consiliis pene exitialem experti *des cinq*
sunt; cum enim hi tamdiu, tantaque *Prop. l. 5.*
pervicacia tot utriusque supremæ pote- *Argentre*
statis, Ecclesiasticæ & Regiæ decreta con- *Coll. Jud.*
temnerent, eaque novis indies excogi- *t. 3. p. 314.*
tatis effugiis eluderent, Ludovicus XIV.
Galliarum Rex tot turbarum pertæsus,
severius remedium invalescenti malo
opponere statuit; quocirca die quarta
Januarii in Secretiori suo Consilio edi-
ctum condidit, in quo fusius retulit;
„per quosdam erga religionem & Sta-
„tum male affectos in præjudicium
„Pontificiarum Constitutionum quam-
„plurimos prodiisse libellos, atque in-
„ter eos præcipue *Diarium Santamoræi*

SÆC. XVII. „& *Manuale Catholicorum Authore* Al
A. C. 1664. „*tophilo Charitopolitano*. Hos, ut in

„becillium perversioni præcaveretur
 „traditos fuisse Prælati & Dottoribus
 „examinandos: ab his vero relatus
 „esse, quod hæresin Jansenii palam præ
 „pugnent, atque innovent, Insuper
 „Jansenium, illiusque Defensores min
 „in eis laudari, Catholicos vero Do
 „ctores injuriis affici, S. Ecclesiæ, Pon
 „tificum, Cardinalium, Præsulum, Do
 „ctorum, & Religiosorum scripta ac
 „dicia impudenter contemni, ac de
 „rideri, ut adeo hi libelli dignissimi
 „sint, qui a carnifice dilacerati publico
 „in rogam conjiciantur, eorum vero
 „Authores & typographi in carcere
 „tradantur, si capi poterunt, secus
 „præfixo tridui termino, eorum bonorum
 „regis ærario addicantur.

Cum autem Franciæ Episcopi pro
 animadverterent, quod Jansenistæ
 sua pervicacia haud parum ex eo firm
 marentur, quod ad Parlamentum vel
 ab abusu passim provocantes lubenter
 audirentur, hinc Regem rogabant, ut
 ipsum quoque Parlamentum adigeret
 quatenus regium edictum de subscri
 benda formula ad Curiae acta referret
 Annuit prompto animo Præsulum vota
 Ludovicus Rex, qui has turbas tan
 dem cessari peroptans, die vigesima
 nona

nona Aprilis ipſus Parlamenti Curiam Sæc. XVII.
A. C. 1664.
ingreſſus eſt, & ſequentem declaratio-
nem ſeu regium edictum, cujus ſum-
mam exhibemus, promulgari juſſit:

„Quoniam Janſenianæ doctrinæ Se-
„ctatores ſuis ſcriptis propugnare ad-
„laborant, damnatas propoſitiones non
„eſſe Janſenii, nec in ejus libro conti-
„neri, & quamvis primo illas tanquam
„veritates orthodoxas, ac veluti im-
„mota S. Auguſtini dogmata defende-
„rint, poſtea vero illas tanquam pro-
„poſitiones pro libitu excogitatas nega-
„rint, ac proin ut novæ ſectæ Authores
„dicerentur, novas opiniones ſparſe-
„rint, cumque ad ſincere retractandos
„errores ab Eccleſia unanimi conſenſu
„damnatos, nec Eccleſiaſtica nec Po-
„litica poteſtate pertrahi potuerint, &
„eorum declaratio, qua Conſtitutiones
„recipere, illiſque ſe ſubjicere polliciti
„ſint, non fuerit ſincera, ſed ſcriptis
„ſuis, quæ oretenus promiſerunt, ne-
„garint, ſuamque doctrinam eſſe S. Au-
„guſtini, & D. Thomæ conſonam jaci-
„tarint, & ad normam hæreticorum
„veterum clam ſuas doctrinas tradide-
„rint, ac legitimas illas ad ſaniora re-
„deundi vias tanquam violentas per-
„ſecutiones traduxerint, hinc tam per-
„tinacem inobedientiam & rebellionem
„manifeſtam, & temeritatem haud to-
„leran-

Sæc. XVII. „lerandam in foro etiam externo pœ
A. C. 1664. „nis contra hæreticos & quietis publicæ
 „perturbatores per leges Ecclesiasticas
 „& civiles statutis coercere oportet: ea
 „propter, ut tandem diffidia, quibus
 „subditi mei inter se colliduntur, tol-
 „lantur, præcipimus, ut omnes Ec-
 „clesiastici *remota omni appellatione*, for-
 „mulæ *pure & absolute* subscribant, quod
 „nisi intra mensem a publicatione huius
 „edicti præstiterint, eorum beneficia
 „aliis conferantur, omnium graduum
 „& honorum, imo & professionis Re-
 „ligiosæ incapaces, suisque officiis pri-
 „vati sint, nec deinceps ad ullum gra-
 „dum vel officium promovendi, nisi prius
 „*sincere ac pure* subscripserint formulæ.
 „Severe etiam inhibemus, ne libri con-
 „tra Pontificum Bullas, juramenti for-
 „mulam, censuram Facultatis, & Cleri
 „Declarationem impressi vendantur, aut
 „retineantur, vel deinceps impriman-
 „tur. Efficax sane fuisset hoc Regis
 „mandatum, si insuper Parlamentum
 „& Sorbonam intra debitæ subjectionis
 „limites continuisset, ac doctrinam de
 „fallibilitate Pontificis inde eliminasset.

§. XXVII.

*Archiepiscopi Parisensis declaratio
 circa hanc subscriptionem.*

Pro-

Promulgato hoc Regis edicto Hardui- Sæc. XVII.
 nus Perefixus Parisiensis Archi-Epi- A. C. 1664.
 scopus præceptam subscriptionem urgere
 constituit; cum vero Jansenii Fautores sub
 obtentu, quod articulum nonnisi hoc
 sæculo enatum, seu quæstionem facti
divina fide credere haud possent, tergi-
 verlaturos probe prospiceret, tempe-
 ramentum, quo simul utrique parti sa-
 tisfieret, suadentibus Gastone de Cha-
 millart Jesuita, & Martino Grandin
 Syndico & Doctore Sorbonico excogita-
 vit, in suo edicto die septima Junii de-
 clarans, quod circa Pontificum Constitu-
 tiones & formulam, vel malitiosum vel idio-
 tam oporteret esse illum, qui assereret, quod
 illa, quæ factum concernunt, *FIDEI DI-*
VINÆ submissionem deposcant; exigunt
 enim duntaxat Humanam & Ecclesiasticam
 fidem, qua suum judicium sincere judicio le-
 gitimorum Superiorum subicere & simpli-
 citer formulæ subscribere quis tenetur.
 Hæc explicatio, quantumvis ab eorum
 sententiæ parum aliena esset, minime
 satisfecerat Portu - Regiensibus Theo-
 logis, qua tamen sua oppositione, post-
 quam ipsimet in sua declaratione circa
 quæstionem juris & facti omnem obser-
 vantiam, & submissionem, quam Ecclesia
 exigere posset, promiserant, manifestum
 fecere, quod ipsorum hæresis non jam
 sit error in intellectu, sed error seu pra-
 vitas

Sæc. XVII. vitas in voluntate, qua obedientiam
A. C. 1664. Pontifici pertinaciter denegare statue-
 runt. Hi ergo insuperhabito nupero
 Regis interdicto hanc Archiepiscopi de-
 clarationem impugnabant pluribus li-
 bellis in vulgus sparsis, & quidem Ni-
 colius & Arnaldus edidere *Apologiam*
pro Monialibus Portu - Regiensibus, nec
 non octodecim Epistolas sub nomine
hæresis imaginaria, præter tractatum de
fide humana, & *refutationem relationis*
P. Ferrieri. In his libellis præcipue
 demonstrare nitebantur. I. Quod Ec-
 clesia non internam, sed duntaxat ex-
 ternam submissionem seu silentium ob-
 sequiosum circa ejusmodi facta exege-
 rit, ac exigere possit, cum circa ea sit
 fallibilis. II. Quod si plus exigeret,
 & in hujus internæ submissionis signum
 subscriptionem peteret, hæc non ad
 pacem, sed ad graviores, motus con-
 duceret, qui etiam exorti essent ex eo
 quod quæstioni facti internam fidem de-
 negantes pro hæreticis haberentur, cum
 tamen Jansenium benigne & Catholice
 interpretari nec hæresis sit, nec Catho-
 licus esse desinat, etsi Jansenius aliter
 sensisset, id tamen aliquis in sua opi-
 nione deceptus fide divina non crede-
 ret, dummodo doctrinam quinque pro-
 positionum damnatam esse hæreticam
 sincere & fide divina credat.

Verum

Verum ad hæc reponebant Catho- Sæc. XVII.
 lici, quod ad Ecclesiam, non autem A. C. 1664.
 ad interiores pertineat, statuere, quid
 definiendum sit, hæc vero sæpe, quæ
 olim decidenda esse non iudicavit, postea
 mutata temporum vicissitudine decide-
 rit, sic Concilium V. librum Theodo-
 reti cum epistola I bæ contra S. Cyril-
 lum, licet id antea non fecerit, tan-
 quam hæreticum damnarit, & huic
 damnationi fideles, ut subscriberent,
 sub anathematis pœna adegerit, nec
 permiserit, ut aliqui duntaxat errores,
 non autem libros, eorumque Authores
 damnarent, alias etiam hodie illi, qui
 Arii, Nestorii &c. scripta eorumque
 Authores in eorum sensu cum Ecclesia
 damnare & Ario &c. anathema dicere
 recusarent, pro Catholicis habendi es-
 sent, dummodo errores damnarent;
 præterea si Ecclesia non posset infalli-
 biliter iudicare (proin & fideles obstrin-
 gere) de libris eorumque sensu, nec
 iudicare amplius posset, an hi vel illi
 libri S. Scripturæ sint Canonici, & in
 quibus libris verus sensus a Spiritu S.
 intentus contineatur.

§. XXVIII.

*Vernantii liber de auctoritate Pontifi-
 cis a Parisiensi Facultate Theo-
 logica perstrictus.*

Prodiit

Sæc. XVII.

A. C. 1664.

Bossuet De-
fens. Declar.

l. 10. c. 27.

*Dupin Hist.**Eccl. t. 4.*

S. 17. p. 358.

*Aurigny**Mem. chron.*

t. 2. p. 443.

¶ 458.

Prodiit jam anno hujus sæculi quinquagesimo octavo Metensibus typis excusus liber, quem sub ementito nomine Jacobi de Vernant Pater Bonaventura a S. Anna Carmelita Rhedonensis composuit, eique hunc titulum præfixit: *Propugnata Authoritas summi Pontificis, Cardinalium, Archipræsulum, Episcoporum, necnon de officio Religiosorum Mendicantium contra errores novæ temporis*: cum autem hic Author Pontificis infallibilitatem, & Mendicantium privilegia extolleret, Parochorum, & Parisinæ Facultatis Theologicæ indignum odiumque in se concitavit: præcipue vero Pictavienses Parochi datim ad Facultatem literis hunc librum deferentes ejus judicium enixe efflagitarunt. Igitur die prima Aprilis petenti Syndico Facultas decem Doctores legit, qui hunc librum examinarent. Hi ergo die secunda Maji quasdam propositiones inde excerptas Facultati prælegebant, quibus diu ac mature discussis suum desuper judicium die decima quinta ejusdem Mensis ad prædictam Facultatem referebant: Habebatur igitur sex Facultatis comitia Doctorum numero amplissima, in quibus mature discussa tandem die vigesima quarta præfati Mensis sequens censuræ pronuntiabatur:

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

„Quod olim prudenti decreto san-
 „xiffe Patres Sardicenses circa fidei
 „Nicænæ formulam narrat sanctus Atha-
 „nasia, hoc etiam in controversiis de
 „potestate & Hierarchia Ecclesiastica
 „stabilitum optaret sacra Facultas: suf-
 „ficere nempe antiqua Patrum decreta,
 „nihilque hinc & inde ulterius conscri-
 „bendum, ne illis, quibus libido est
 „semper nova statuendi, occasio ejus-
 „modi suppeteret, ut negotia sæpius
 „a majoribus definita, velut adhuc du-
 „bia & incerta retractarent. Verum
 „quoniam antiquus hostis humani ge-
 „neris ad subversionem justorum variis
 „temporibus suscitatur homines superbos,
 „vaniloquos, habentes quidem speciem pie-
 „tatis, virtutem autem ejus abnegantes,
 „qui sacram Hierarchiarum Authorita-
 „tem passim deprimant, & velut Joan-
 „nes & Mambres, potestatibus a Deo
 „sibi præpositis contumaciter oblaeten-
 „tur: idcirco necesse est, Doctores, quos
 „Deus dedit ad consummationem sanctorum,
 „in opus ministerii, in ædificationem Cor-
 „poris Christi, quod est Ecclesia, animose
 „& fortiter resistere hominibus illis,
 „qui, cum non acquiescant sanis sermonibus
 „Domini Nostri Jesu Christi, & ei, quæ
 „secundum pietatem est, Doctrinæ, omnia
 „potestatis Ecclesiasticæ jura confun-
 „dunt, & Hierarchiam divina ordina-
 „tione

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

F

„tione

Sæc. XVII.
A. C. 1664

„tione institutam occultis & subd
„molitionibus subvertere non verent
„Audacissimus omnium prodiit nu
„larvatus, ac personatus homo JAC
„BUS DE VERNANT, qui dum
„bitioso simul & invidioso titulo
„mi Pontificis & Episcoporum de
„sionem suscipere mentitur, in tot
„Hierarchiæ perniciem ac destruat
„nem reipsa conspirare deprehensus
„in libro cui titulus: *Propugnata au*
„ritas summi Pontificis &c.

Postea referebantur propositiones
ex hoc libro decerptæ, ac censuris
tatae, quarum prima erat hæc:

Ejus est unius (scilicet & summi
Pontificis) emergentia circa fidei
bia infallibilis veritatis oraculo tolli
& explanare, nec continuo indicis
hoc ipsum Conciliis: quorum definitio
nes probat, leges explicat, temperat
& quando ita exposcit ratio temporis
& Ecclesiæ bonum, per contrarias
nitus abrogat.

II. Omnes controversiæ in Eccle
siæ infallibiliter oraculis Ecclesiæ
luntur, quia Papa in suis judiciis
rare nequit; ut articulus fidei a
Ecclesia recipiatur, sufficit illum
quam Christi Vicarius proponat; dup
enim est infallibilitas, activa & passiva

prima competit Pontifici ut Vicario Christi, altera Ecclesiæ. Sæc. XVII.
A. C. 1664.

Censura. *Hæ propositiones quatenus excludunt ab Ecclesia infallibilitatem activam, seu Authoritatem emergentia circa fidem dubia, infallibilis veritatis oraculo tollendi, & explanandi, falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, & hæreticæ.*

III. Non datur potestas Deo inferior, quæ potestatem Pontificis restringere potest.

Censura. *Hæc propositio intellecta de usu & exercitio potestatis papalis, falsa est, Ecclesiæ & conciliorum Authoritati derogans.*

IV. Si Papa non recepisset a Deo infallibilem potestatem dubia circa S. Scripturam infallibiliter definiendi, nostram fidei professionem mutare deberemus, nec ultra dicere possemus, quod in unam, Sanctam Catholicam & Romanam Ecclesiam credamus.

Censura. *Hæc propositio est falsa, temeraria, scandalosa, & in fide periculosa.*

V. Non nisi hæretici, & fidei hostes Concilia petunt, non ad damnandos eorum errores, sed ad totam Ecclesiam, quamdiu congregata est, turbendam.

Censura. *Hæc propositio universim sumpta, est scandalosa; Ecclesiæ, Concilii*

Sæc. XVII. *liis generalibus, ac sublimioribus potest*
 A. C. 1664. *bus contumeliosa.*

VI. Concilia non habent immediata Deo jurisdictionem, sed a S. Petro ejusque Successoribus, hinc i. non possunt leges ferre pro universa Ecclesia 2. solus Papa has leges potest corrigere, 3. immutare 4. stabilire 5. iis dispensare 6. vel tollere:

Censura. *Hæ sex propositiones, quantum asserunt, Ecclesiam in Concilio generali non habere a Deo immediatam jurisdictionem & Authoritatem falsæ sunt, verbo Dei & Concilii Constantiensis definitioni contrariæ, & olim a sacra Synodo reprobatae.*

VII. Pontifex est supremus Judex, hinc ab eo in nullo casu appellari potest.

Censura. *Hæc propositio est falsa, quia Conciliorum auctoritati detrahens, Germanis Ecclesiæ Gallicanæ libertati contraria.*

VIII. Sancti Petri, proin & Pontificis auctoritas est æque extensa in universam Ecclesiam, sicut auctoritas Patris æterni, in ejus Filium.

Censura. *Hæc propositio est scandalosa, piarum aurium offensiva; & quatenus asserit Author, eandem potestatem quæ Patri & Filio communis est, filio dedisse Petro, & successoribus ejus, quatenus abutitur textu Apostoli*

Coloss. 2. *Ut verba præferunt*, est blas- Sæc. XVII.
A. C. 1664.
phema.

IX. Papa est vera fidei Regula.

Censura. *Hæ propositio temeraria est, & in errorem inducens.*

X. Apostoli in Episcopos inaugurati sunt a S. Petro, & Episcopi suam jurisdictionem habent a Papa, & non immediate a Christo Domino, alias in sua jurisdictione non dependerent a Papa.

Censura. *Hæ propositiones, quarum duæ priores asserunt, Apostolos non fuisse constitutos Episcopos a Christo, ceteræ vero: potestatem jurisdictionis Episcoporum non esse immediate a Christo, falsæ sunt, verbo Dei contrariæ, & olim a sacra Facultate reprobata, in quantum vero in aliis, posita institutione Episcoporum immediate a Christo facta, colligit Author, omnimodam inter Episcopos & S. Pontificem fore æqualitatem, & nullam subordinationem, falsæ sunt, temerariæ, & præbent occasionem subvertendi ordinem Hierarchicum, præsertim vero primatum summi Pontificis.*

XI. Potestas in omnibus Ecclesiis exercendi functiones Episcopales de jure & vi officii ad Papam æque ac ad Episcopos spectat, proin hanc jurisdictionem, prout vult, delegare potest.

Censura. *Doctrina contenta in hac propositione, intellecta de usu & exercitio, est*

Sæc. XVII. *juri communi contraria, & tendit in
A. C. 1664. structiōem Ecclesiæ, non in ædificationem*

XII. Parochi non sunt immediate Christo, qui nonnisi unum solum Parochum, & unam solam Parochiam tunc Ecclesiæ instituit.

Censura. *Hæ propositiones, quatenus asserunt, vel inferunt, potestatem jurisdictionis Curatorum non esse immediatam a Christo quantum ad institutionem parochiam, falsæ sunt, & Decretis sacre facultatis contrariæ; salva semper immunitate Episcoporum in Prælatos minores seu Curatos & plebem subditam Authoritate*

XIII. Concilium non potest adstruere populum censuris, ut pro audiendo sacro in die Dominica Parochia accedat.

Censura. *Hæc propositio est falsa, & decreto Concilii Tridentini contraria.*

XIV. Prohibitio Clementinæ dudum vi cujus Religiosi non possunt absolvi a peccatis Episcopo in jure reservatis est permissio absolvendi ab illis, qui in jure, sed duntaxat v. g. in Episcoporum Synodis, reservata non sunt.

Censura. *Doctrina hæc est falsa.*

XV. Religiosi ab Episcopo admitti imo etiam injuste reprobati satisfaciunt Ecclesiæ præcepto in Constitutione: *Omnis utriusque &c.*

Censura: hæc Doctrina juxta sensum Sæc. XVII. his verbis: INJUSTE REPROBATI A. C. 1664. ab auctore intentum est falsa, & fideles in periculum salutis inducit.

XVI. Parochi non possunt asserere, prohibitum esse laicis, confiteri Religiosis in Paschate, & Religiosi publice docere possunt, quod fideles, si eis confitentur, satisfaciant præcepto &c.

Censura. Hæc propositio quoad primam partem est scandalosa, & curatis injuriosa; quantum ad secundam, pacis Ecclesiæ perturbativa.

XVII. Si Reges terreni ex seipsis plerumque imbecilles sunt: Pontifex Maximus ut potentia certe divina pollens, ita se habet, ut ex fidelium multitudine vix amplificetur; vix & minuat ex paucitate.

Qui propugnant, quod Papa in Galliis juxta jura & libertates Ecclesiæ Gallicanæ procedere teneatur, nil aliud intendunt, quam inter Regem & Papam discordiam ferere, & sub specioso Monarchiam profanam conservandi obtentu Religionem evertere, ac demum se a Papæ & Regis jurisdictione substrahere.

Censura. Hæc propositiones sunt respective Regibus injuriosæ, seditiosæ, & Germanis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus contrariæ.

Sæc. XVII. Pronuntiatis hisce censuris Facul-
 A. C. 1664. tas Theologica hæc subjunxit:

„Declarat autem sacra Facultas
 „majorum suorum vestigiis insistentem
 „se nullatenus intendere, suis determi-
 „nationibus, ac censuris quicquam de-
 „rogari, tum Primatui summi Pontifi-
 „cis divinitus instituto, dignitati
 „Authoritati sanctæ Sedis Apostolicæ
 „tum Constitutionibus Innocentii decimi
 „anno Incarnationis Dominicæ millesimo
 „sexcentesimo quinquagesimo tertio die primi
 „Junii, & Alexand. VII. anno millesimo
 „sexcentesimo quinquagesimo sexto 17. Kal-
 „Novembris datis, & a sacra Faculta-
 „receptis, ac denique ejusdem Facul-
 „tatis censuris & statutis ad idem ne-
 „gotium pertinentibus: palamque,
 „aperte profitetur, se nunquam rece-
 „suram a debita Reverentia & vene-
 „ratione, qua Beati Petri Apostolorum
 „Principis Successores, & ipsius fidei
 „omnium Ecclesiarum Matrem & Ma-
 „gistrum semper profecuta est. Cæte-
 „rum cum Author hujus libri multa
 „per se supposititia & spuria inepte san-
 „ctis Patribus adscribat, eorumque ve-
 „ras, & genuinas sententias in alieno
 „sensu sæpe detorqueat, contra præ-
 „dictorum Patrum mentem, & præter
 „historiarum fidem, necnon adversus
 „Pastores, & Viros Theologos contra
 „melius

„melias, & Calumnias spargat: decla- Sæc. XVII.
 „rat Facultas, se nolle probare varias A. C. 1664.
 „partes prædamnatarum propositionum,
 „sicut nec cætera in eodem libro con-
 „tenta; quæ sicut numerum, ita &
 „censuræ modum excedunt. „

§. XXIX.

*Ejusdem Facultatis censura in librum
 Amadæi Guimenii.*

Eodem hoc anno Guilielmus de Moia Du Pin l. c.
 Jesuita sub nomine Amadæi Gui- Argentre
 menii Lugdunensibus literis excudi cu- Coll. Jud. |
 rabat suum librum, cui titulus: *Ama-* t. 3. p. 106.
dæi Guimenii Lomarensis olim primarii sa-
crae Theologiæ Professoris opusculum sin-
gularia universæ fere Theologiæ moralis
complectens: adversus quorundam exposu-
lationes contra nonnullas Jesuitarum opinio-
nes morales ad tractatus de peccatis, de opi-
nione probabili &c.

Cum autem hic liber plura sanæ
 doctrinæ & honestati contraria contine-
 ret, ejusque Author collecta omni re-
 centiorum Casistarum sæce insuper in-
 fallibilitatem Pontificis esse de fide as-
 seruisset, Facultas Parisiensis in pu-
 pillo oculi læsa in hunc librum die ter-
 tia Februarii anno sequenti his verbis
 acriter invehebatur:

F 5

„Im-

Sæc. XVII. „Immanem Pseudo - Theologorum
A. C. 1664. „de rebus moralibus scribendi libi-
 „nem, summi Pontificis Alexandri VII.
 „omniumque fere Gallicanæ Ecclesie
 „Præsulum Authoritate ac sua censura
 „in damnata Casuistarum apologia com-
 „pressam penitus æstimaverat sacra Fe-
 „cultas Parisiensis. Neque sibi amplius
 „quidquam in tam sancto negotio age-
 „dum superesse autumabat, nisi ut sancti
 „Augustini freta Consiliis: *Æternum*
 „ligeret homines, quorum interfecerat
 „rores, & sine superbia de veritate præ-
 „sumeret, quæ sine sævitia pro veritate co-
 „taverat, ac pro illis oraret, quos redi-
 „guerat atque convicerat. Cum ecce tran-
 „quillitatis Ecclesiasticæ hostis acen-
 „tus, nec tam Casuistarum, quam
 „spurcitiarum omnium, scelerumque
 „Patronus, suis e latebris larvata fronte
 „prodiit Amadæus Guimenius; qui
 „ex eorum esse numero satis superque
 „comprobavit, quos in novissimis tem-
 „poribus surrecturos prædixit Apo-
 „stolus: *Attendentes spiritibus erroris, &*
 „*doctrinis Dæmoniorum in hypocrisi loquen-*
 „*tium mendacium, & cauteriatam habentem*
 „*suam conscientiam, errantes, &*
 „*errorem mittentes.* Edidit quippe ille
 „Author opusculum, seu potius Anti-
 „Evangelium in rebus spurcissimis ob-
 „scæna curiositate, ac sagacitate inde
 „gandi

„gandis horrendum: ut mirum sit, ali- Sæc. XVII.
 „cujus pudoris hominem, quique pri- A. C. 1664.
 „marii Theologiæ Professoris sibi nomen
 „affingit, tot monstra efformare, ac
 „scribere potuisse, quæ modestioris in-
 „genii vir sine rubore ac verecundia le-
 „gere non possit. Neque suos modo
 „errores propalare de industria tenta-
 „vit; verum etiam aliorum ejusdem
 „furfuris scriptorum sæces, apertis ne-
 „scio cujusdam, quam ab extrinseco
 „vocant, probabilitatis canalibus, in
 „corda fidelium effundere conatus est.
 „Quamobrem anno Christi millesimo
 „sexcentesimo sexagesimo quarto die
 „prima mensis Septembris, Honoran-
 „dus Magister Antonius de Breda ejus-
 „dem Facultatis Doctor, & Syndicus
 „in solemni Congregatione habita in
 „aula majore Collegii Sorbonæ, post
 „missam de Spiritu sancto, ut moris
 „est, factam, librum ad facultatem de-
 „tulit, cui hic titulus erat inscriptus:
 „*Amadæi Guimenii Lomarensis olim pri-*
 „*marii sacrae Theologiæ Professoris opuscu-*
 „*lum, singularia universæ fere Theologiæ*
 „*moralis complectens: adversus quorundam*
 „*expostulationes contra nonnullas Jesuita-*
 „*rum opiniones morales ad tractatus de pec-*
 „*catis, de opinione probabili &c. Editio*
 „*novissima, &c. Lugduni, sumptibus Phil.*
Borde

Sæc. XVII. „*Borde & Guilielmi Barbier 1664. cum*
A. C. 1664. „appr. & superiorum permissu.

Cum vero idem Syndicus scandalum
 exposuisset, „quibus quotquot sunt viri
 „frugi, atque evangelicæ Disciplinæ
 „amatores sinceri, occasione horribili
 „libelli afficerentur, Sacra Facultas
 „pro ea, qua pollet Authoritate, non
 „uno, sed pluribus sæculis totius orbis
 „christiani consensu probata, apostolica
 „dicti potissimum memor, quo sibi præ-
 „ceptum novit, ut eos arguat, & in-
 „crepet in omni patientia & doctrina, quæ
 „sanam doctrinam non sustinent, sed ad
 „desideria coacervant sibi Magistros prurien-
 „tibus auribus, & a veritate audientem
 „avertunt, intelligitque necesse esse, ut
 „Doctores vere Christiani tanquam boni
 „Ministri CHRISTI JESU, enutrientur
 „verbis fidei & bonæ doctrinæ, eos red-
 „dant, qui docent, quæ non oportet, turpi-
 „lucris gratia, atque adeo a S. Cypriano
 „edocta, imperiti esse medici, tumentes vul-
 „nerum sinus manu parcente contredant
 „hujus libri examinandi provinciam tre-
 „decim selectis cum D. Decano ac Syn-
 „dico commisit. Qui quidem cum re-
 „petitas inter se collationes per men-
 „sem integrum habuissent, in solempni
 „Congregatione apud Sorbonam, post
 „Missam de Spiritu sancto, ut moris
 „est, celebratam plurimas propositiones
 „nes

„nes ex prædicto libro in indiculum Sæc. XVII.
 „collectas primum Facultati retulerunt A.C. 1664.

„die prima mensis Octobris. Quas pro-
 „positiones sacra Facultas *nunquam er-*
 „*rari æstimans in defensione nimia veritatis*
 „*& in rejectione nimia falsitatis*, ex fa-
 „moso illo Amadæi opusculo excerptas
 „typis mandari iussit, easque sive ab
 „Autoritate propugnatas, sive non
 „defensas, infelici tamen illius solertia
 „contra mentem, & ad mentem ejus
 „ex variis scriptoribus ab ipso deprom-
 „ptas, adeoque externæ, quam tue-
 „tur, probabilitatis fundamentis fulci-
 „tas ac stabilitas examinandas censuit:
 „ut uno censuræ ictu non unicum mo-
 „do scriptorem, sed & alios quoscun-
 „que famosæ laxiorisque Theologiæ
 „Agyrtas percuteret, qui, ut recte ait
 „S. Cyprianus, *cum felices homines dicunt,*
 „*illos in errorem mittunt; cum peccantes*
 „*blandimentis adulantibus palpant, peccandi*
 „*fomitum subministrant, nec delicta com-*
 „*primunt, sed nutriunt.* Ac nequis for-
 „san illud minus æquum existimet,
 „quod sacra facultas propositiones non-
 „nullas ex eodem libello excerptas dam-
 „naverit, quas Author nec probare,
 „nec improbare, imo & aliquando re-
 „pudiare videtur; omnes monitos vult,
 „hunc Amadæi in miserabili illa *lucu-*
 „*bratiuncula fuisse scopum, ut casuistarum*
 „quo-

Sæc. XVII. „quorumlibet patrociniū suscipere

A. C. 1664. „atque omnibus, quemadmodum ipse

„operis sui præfatione testatur, Theo

„logiæ Professoribus veritatis speculum

„suiicæ, absque nœvo referens, doctrin

„vultum suo objiceret opusculo. Quam

„obrem postquam in operis sui præli

„mine propositiones, quæ ut improbabil

„scandalosæ, temerariæ, & erroneæ, &

„Jesuitarum commenta in libro Anonym

„notantur, vindicandas aggressus est.

„hanc toti suo operi coronidem impo

„nit. Ex dictis jam appareat, qua ver

„tate, quo jure, quo Zelo Anonymus

„suo garriat libello, propositiones præ

„jectas falsas improbables, scandalosas, te

„merarias & erroneas &c. Quomodo eni

„scandalosæ, & erroneæ, quas Ecclesi

„in tot tantisque Doctoribus opiniones m

„corrigit &c. nullibi ergo scandalum, nul

„libi error. Ex quo aperte intelligitur

„id præsertim hoc suo libello molitum

„fuisse Amadæum, ut omnes illas pro

„positiones ab omni Censura immunes

„atque externæ probabilitatis munim

„ne tutas præstaret. Cum igitur iidem

„deputati a sacra Facultate Doctores

„sæpius inter se super illis propositio

„nibus convenissent, notisque affectas

„ad Facultatem detulissent, eadem Fa

„cultas toto negotio pro more, in de

„liberationem per D. Decanum, in qua

„tuor

„tuordecim Comitiis generalibus mis- Sæc. XVII.
 „so, de prædictis propositionibus sele- A. C. 1664.
 „ctis, & examini subjectis sic censuit.”

§. XXX.

*Propositiones ex Amadæi libro ex-
 cerptæ, ac censuris notatæ.*

Propositio I. „Ad evitandam mortem,
 „vel conservandam vitam licita est
 „ebrietas.”

Censura. Hæc propositio est falsa,
 scandalosa & contraria verbis Apostoli.

II. „Quando contumeliosus non spe-
 „ratur se cohibiturus, sed perstiturus
 „in contumelia semel dicta, aut alias
 „aggressurus, is qui eam patitur, potest
 „licite illi dicere, *Mentiris* &c. & sane
 „difficile videtur, quod hoc non liceat.”

III. „Licitum est desiderare alteri
 „mortem & de illa gaudere, non qua-
 „tenus illi mala, sed ut tibi bona: qui
 „imponit falsum testimonium alteri, &
 „suum honorem defendit, non peccat
 „mortaliter, ad vitandam infamiam
 „posset eum, qui honorato viro co-
 „laphum impegit, gladio statim reper-
 „cutere, vel convitiantem interficere,
 „& Pater potest occidere filiam in adul-
 „terio deprehensam, & maritus uxorem.

Censura. „Hæ propositiones sunt
 „falsæ, scandalosæ, & respective pie-
 „tati,

Sæc. XVII., tati, charitati & justitiæ contrarie
 A. C. 1664., vindictæ, crudelitati, & avaritiæ via
aperientes, „

IV. „Unius Autoritas facit senten-
 „tiam probabilem, & quamvis opinio
 „sit falsa, potest quilibet tuta conscien-
 „tia illam practice sequi propter aucto-
 „ritatem docentis. „

Censura. Doctrina harum proposi-
 tionum falsa est, temeraria, innumera
 novitatibus & corruptelis viam aperientem
 & conscientię regulas evertens.

V. „Puto, omnia esse hodie melius
 „examinata, & hanc ob rem, in omni
 „materia, & præcipue in morali, libe-
 „rius juniores, quam antiquiores legi
 „& sequor. „

Censura. Hæc propositio falsa est
 temeraria, in moribus periculosa, S. Patribus,
 & antiquis Doctoribus contumeliosa.

VI. „Præceptum charitatis, cum
 „generale, cui per aliorum præcepto-
 „rum adimpletionem satisficit, per
 „tantum obligat in articulo mortis. „

Censura. Hæc doctrina falsa est, erro-
 ronea, impia, & primo, ac maxime
 legis Evangelicæ mandato contraria.

Plures alias propositiones circa Ni-
 sam, S. Communionem, Simoniam,
 usuram, furtum, restitutionem, men-
 dacium, recitationem Officii Divini

tributa, jejunium, poenitentiam, & Sæc. XVII.
præcipue de impuritate, quas proposi- A. C. 1664.
tiones, ut modestiæ & pudori casta-
rum aurium consuleret, duntaxat ini-
tialibus verbis Facultas designabat, tan-
quam falsas, scandalosas, & sacrilegas
damnavit.

Cum autem hic Author de summo
Pontifice hæc tradidisset: *Ad fidem per-
tinet inhæreere determinationi summi Pon-
tificis in his, quæ sunt fidei, imo etiam in
his, quæ spectant ad bonos mores, quia in
huiusmodi etiam Ecclesia errare non potest,
& consequenter nec Caput ejus &c.*

Facultas has propositiones sequenti,
quæ postea gravis motus argumentum
exstitit, censura perstrixit:

*Doctrina his propositionibus contenta
& illata, falsa est & temeraria, Gallicanæ
Ecclesiæ libertatibus contraria, Universi-
tatis, Theologicis facultatibus, ac Or-
thodoxis Doctoribus contumeliosa.*

Apposuerat etiam hic Author suo
libro falsam approbationem cujusdam
Capuccinorum Provincialis; comperta
autem hac fraude hi pro vindicando
suo honore Parisiis die trigesima Maji
sequens testimonium publici juris fe-
cerunt:

„Accepta notitia, quod libro edito
„sub nomine Amadæi Guimenii Loma-
„rensis olim primarii sacrae Theologiæ
Hist. Eccles. Tom. LXIII. G Pro-

Sæc. XVII. „Professoris de Theologia morali,
A. C. 1664. „quo multa contra morum pietate
 „contineri dicuntur, & qui nuper
 „sacra Facultate Parisiensi damnata
 „est, præfixa apparet approbatio
 „hoc titulo: *Approbatio admodum Reverendi*
Patris Luismi A VALENTIA Ministri
 „provincialis semel & iterum Ord. F. M.
 „norum Franciscanorum Capucinorum, Pa-
 „vinciæ sanguinis Christi, in Regnis Valen-
 „tiæ & Murciae, liberalium artium Magistri
 „sacrae Theologiæ antecessoris ac Doctores
 „jubilati, & apud fidei judices sacrae
 „utriusque coronæ senatibus Consilarii Con-
 „flictoris. Nos veritatis & puritatis
 „Evangelicæ studio ducti, fidem ha-
 „mus, hunc librum a nullo ex nostris
 „approbatum, imo nec esse vel fuisse
 „nostra Congregatione ullum Religiosum
 „sum Provinciale hujus nominis, neque
 „ullam nobis esse in Hispaniis Provinci-
 „ciam, quæ ita appelletur, simulque
 „testamur a simplicitate, quam præsum-
 „temur, longe abhorrere hunc titulum
 „apparatum, quo insignitur emendationis
 „catæ approbationis Author. Hæc
 „R. Patris nostri Generalis testimonium
 „referimus, qui cum talem librum
 „approbatione firmatum circumferri
 „divisset, idem, quod supra, testatur
 „est. Quare ut veritati, simulque
 „nostri ordinis honori consulamus, ha-

„omni

„omnibus nota fieri, quantum in no- Sæc. XVII.
„bis est, volumus.,, A. C. 1664.

*F. Nicolaus Provinciæ Parisiensis
Capuccinorum Provincialis.*

§. XXXI.

*Alexandri VII. Pontificis indignatio
contra utramque Facultatis
censuram.*

Promulgata utraque Facultatis cen-
sura graves concitabantur tumultus; præprimis enim Ludovicus Ma-
ræsius Parisiensis Doctor die octava Octo-
bris hoc anno & biennio post ad comi-
tia Parisiensis Academiæ duos habuit
sermones, in quibus Edmundi Richerii
principia secutus Jacobum Vernantum
ceu violatæ Hierarchiæ Ecclesiasticæ
reum exhibuit: insuper Antonius Faur-
eus, Laynoyus & alii Sorbonæ Docto-
res Facultatis censuram contra Ver-
nantum propugnarunt: econtrario au-
tem Vernantus in sui defensionem edi-
dit librum, cui titulus: *Vetus doctrina
Theologorum Parisinæ Facultatis opposita
censuræ ejusdem Facultatis contra librum
de auctoritate Pontificis & erroribus nostri
temporis.* In hoc libro Author profite-
tur, se non in mente habuisse, lædere
honorem Parochis debitum, quos scit valde
utiles & necessarios Operarios esse in Ec-
clesia,

*Bibl. Car-
mel. tom. I.
pag. 698.*

Sæc. XVII. *clesia, nec se quicquam dixisse, ex quo*
 A. C. 1664. *cludi posset, ad solum Papam, & non*

Concilia pertinere, definire infallibiliter
sputationes ad fidem pertinentes: Sum-
vero assertionem non modo Mauc-
Duvalii & Bailli Doctorum Sorbo-
corum testimonio, sed ipsa Faculta-
sententia comprobavit, quæ anno
jus sæculi quadragesimo quarto prima
Milleterii propositionem hac censu-
perstrinxit: Hæc propositio, in quam
infallibilitatem Ecclesiæ in nullo alio
quam in Concilio Oecumenico congru-
tribuunt, temeraria est, & ipsi Eccl-
injuriola & hæretica: adduxit etiam
tum Facultatis articulum, quem An-
priori undecima Maji die Regi ob-
his verbis: non est doctrina Faculta-
quod summus Pontifex nullo accedente
clesiæ consensu sit infallibilis, proin-
sit accedente Ecclesiæ consensu.

Postquam vero utraque Faculta-
 censura Romam deferrebat, non
 erant, qui Alexandrum VII. Papam
 contra Parisienses Doctores vehem-
 ter instigarent: Hic ergo suam aucto-
 ritatem nimis depressam fuisse ratus,
 sexta Aprilis anno sequenti ad Franciæ
 Regem has dedit literas:

„Charissime in Christo fili noster,
 „Iulium & Apostolicam benedictionem
 „Venerabilis Frater Archiepiscopus

„Tharsensis, & Nuntius Apostolicus no- Sæc. XVII.
 „mine nostro referet Majestati tuæ, A.C. 1664.
 „quam gravi sensu doloris ex Censuris
 „Theologorum Sorbonæ pontificius
 „animus afficiatur, omnique studio,
 „quantum maxime poterit, a te petet,
 „ut Authoritate regia præsto esse velis,
 „quo illæ omnino revocentur, quod
 „profecto speramus de singulari pietate
 „tua, quæ propositiones Apostolicæ
 „Sedi tam adversas, & injurias in
 „regno, & academia tua tolerare non
 „poterit. Cumque præsertim in reprimenda
 „Jansenistarum hæresi tam eni-
 „tueris, nolles eam omnem gloriam, &
 „labores tantos irritos cadere; & vel
 „ipso tempore, quo pestiferi errores
 „confodiuntur, gladii eorum jugulo
 „instantis aciem adeo importune re-
 „tundi. Sed quoniam Nuntius cuncta
 „late & distincte differet, ut ei fidem
 „habeas, a Majestate tua postulamus,
 „cui benedictionem Apostolicam aman-
 „tissime largimur.,

Acceptis hisce literis Rex Parla-
 mento injunxit, ut de Papæ querelis,
 & Facultatis censuris suum ferrent ju-
 dicio. Hi vero Senatores non modo
 Facultatis Zelum deprædicarunt, sed
 etiam Papæ potestatem Canonibus &
 universali Ecclesiæ subjectam & Eccle-
 siæ potestate inferiorem esse, plures-

Sæc. XVII. que Romanos Pontifices etiam in hi

A. C. 1664. *quæ tangunt fidem*, errare posse, ex p

prio Pontificum testimonio, & antiq

Facultatis Parisinæ sententia comp

bare nitebantur: Mirum tamen e

quod Clerus & Parlamentum Reg

jussu tanta contentione ac severitate

Jansenistis extorquere studuerit, ut Po

tificiis Constitutionibus circa librum

fenium Jansenii se interna fide subji

rent, & juramento obstringerent, cu

tamen ipsum Parlamentum Regi exp

neré ausum fuerit, Papam etiam in

bus fidei errare posse, & errasse, p

re ipsa in suo de Papæ literis judicio

ad Ludovicum Regem perscrip

„Hæc infallibilitatis, & absolutæ

„testatis Sedis Apostolicæ princ

„sunt nostris moribus, & Politicæ ad

„contraria, ut ea Romani Emis

„nunquam proposuerint, quin illa

„tractare coacti fuerint, ac proin

„rum novitatum haud toleranda

„Defensores tanquam quietis publi

„perturbatores severe puniri mereant

„nostrumque est judicium, quod Re

„quin Regni jura lædat, suamque

„ctoritatem infringat, petitam sati

„factionem Pontifici concedere neque

„eo quod sententia Facultatis Theol

„gicæ omnino consona sit cum senten

„tia Patrum, Conciliorum, sacrae S

„dis, omnium Parlamentorum, om- Sæc. XVII.
 „niumque Regni Universitatum, tan- A. C. 1664.
 „tumque ablit, ut Facultas propterea
 „condemnari possit, sed potius, ut in
 „his sententiis perseveret, potenter ex-
 „citanda sit.,

§. XXXII.

*Ejusdem Pontificis Bulla contra ut-
 ramque Facultatis censuram.*

Hæc agendi ratio brevi innotuit Ale- Bull. magn.
 xandro VII. Pontifici, qui Facul- Alex. VII.
 tatis censuras regia auctoritate, revo- Const. 158.
 cari desperans, illas omnino nullas,
 irritasque declaravit, eandemque in
 rem die vigesima quinta Julii Bullam
 edidit, cujus summa hæc est: „No-
 „tatæ fuerunt censura præsumptuosa
 „ex duobus libris aliquæ propositiones,
 „exque præsertim, quæ ad Romani
 „Pontificis, & sanctæ Sedis Aposto-
 „licæ Auctoritatem, Episcoporum ju-
 „risdictionem, parochorum munus,
 „privilegia a sancta Sede concessa, Di-
 „spensationes Apostolicas, actionum-
 „que moralium regulam pertinent, &
 „aliæ, quæ & gravissimorum Virorum
 „Auctoritate, & perpetuo Catholico-
 „rum usu nituntur. Et cum fieri non
 „possit sine publico Catholicæ Religio-
 „nis detrimento, ut prædictæ Censuræ

G 4

„in

Sæc. XVII., in commemoratis libris sine debita
 A. C. 1664., Ecclesiæ animadversione & damna-
 tione remaneant.,

„Nos, ut gravissimo scandalo, qui
 „inde Catholicis accidere posset, evi-
 „curramus, auditis suffragiis Cardin-
 „lium Inquisitorum &c. motu proprio
 „præfatas censuras uti præsumptuosas
 „temerarias atque scandalosas Autho-
 „ritate Apostolica damnamus, & præ-
 „damnatis haberi volumus, easque
 „nullius valoris, & roboris fuisse, &
 „cassas, & irritas esse declaramus
 „mandamus insuper, ne quisquam
 „Christi fidelibus eas approbet, aut
 „publice vel privatim sequatur, doceat
 „aut tueatur, neque illas alleget seu
 „pœna excommunicationis nobis rele-
 „vatæ. Prohibemus etiam typographi
 „& Bibliopolis, ne has censuras im-
 „primere vel vendere præsumant, &
 „libros quoque, in quibus præfatæ cen-
 „suræ continentur, vel approbantur,
 „sub eadem pœna prohibemus. Ceterum
 „ulterius de præfatis Censuris præ-
 „dicium, deque opinionibus in prædictis
 „libris Jacobi Vernant, & Amadei
 „Guimenii contentis, necnon de aliis
 „eiusdem Censuris expressis, sive
 „eis præmemoratae opiniones notentur
 „sive non, Nobis, ac sanctæ Sedi Apo-
 „stolicæ reservamus.,

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Parlamenti decretum contra hanc Pontificis Bullam.

Hoc Pontificis diploma, tametsi more *Bossuet l. c.*
 re solemniori ad Clerum Gallicanum *Argentre l. c.*
 non fuisset transmissum, Romam per
 privatorum literas in Franciam perve-
 nit, quocirca Facultas quosdam nomi-
 nabat, qui hanc Bullam examinarent:
 Hi vero censebant, has literas non esse
 Pontificis, sed duntaxat Inquisitorum
 motu proprio conceptas, cum autem
 talia diplomata nemo unquam in Gal-
 liis admisisset, præsertim cum illa clau-
 sula: *motu proprio*, quam etiam utpote
 novam & prisco jure incognitam Gal-
 licana Ecclesia non respiceret, aliunde
 etiam hæc Bulla more solemniori non
 esset transmissa, neque Pontifici eam
 mentem inesse credendum sit, ut præ-
 termisso hoc more Gallos obstringere
 voluerit, hinc ad Gallos eam non per-
 tinere edicebant: Itaque Facultas su-
 persedendum censuit, & Academiæ
 Rector spondit sacræ Facultati, suam
 & Universitatis operam minime defu-
 turam, si quid gravius contra eam con-
 tingeret. Impotentius autem adver-
 sus hanc Alexandri Bullam nomine
 Parlamenti perorabat Dionysius Talo-

Sæc. XVII. nus Advocatus. qui eam esse iniquam
A.C. 1664. asserens carpsit, quod Papa de proscriptis
 his libris nullum tulerit iudicium, sed illud sibi & Sedi sacrae reservavit,
 quo indirecte omnes corruptelas, quæ in hi libri in morum doctrinam invehere
 moliti sunt, approbarit, Facultatem
 cujus censuras esse præsumptuosas & temerarias declaravit, antiquissimos
 verfos libros notandi jure privare, in
 fallibilitatem Pontificis, & suam superioritatem supra Concilium tanquam
 fidei articulum stabilire molitus sit,
 cumque prætensæ suæ infallibilitatis præcipuum obicem fuisse Facultatem
 Theologicam Papa haud ignoraret, hinc per injuriosam, & opprobriis plenam
 censuram ipsius honorem imminuere, eique silentium imponere voluerit,
 ut hac ratione ultramontanas sententias
 opiniones nemine obistente stabiliri posset. Postea Advocatus recensuit
 quod quidem regius Senatus Facultatis censuras ad acta referre tergiversatus sit,
 ac exinde Pontificii Ministri hanc Bullam fabricare ausi sint: necesse
 igitur fuerit, ut Senatus Facultatem protegeret, eoquod hæc suis
 censuris libertates Gallicanas defenderit, quas infallibilitatis doctrina penitus
 evertit, & potestatem Pontificum in temporalia regum stabilit, nec ob-

stet, quod Pontifices in factis fallibiles Sæc. XVII.
 esse dicantur, eoquod ipsi ejusmodi A. C. 1664.
 facta in fidei articulos, si ipsis libuerit,
 erigant: Præterea infallibilitatis do-
 ctrina Inquisitionis Tribunal in Gallias
 invehat: &c.

Ad hanc declamationem Senatus
 Regius die vigesima nona Julii edito
 decreto hanc Bullam esse nullam, Fa-
 cultati autem suum libros auctoritati
 Ecclesiasticæ, morum puritati, Regni
 juribus & Gallicanis libertatibus con-
 trarios notandi jus factum servari de-
 claravit, præcepitque, ut utraque Fa-
 cultatis censura quotannis in omnium
 Academiæ cætibus semel prælega-
 tur, & juxta eam proscriptæ propo-
 sitiones nullibi doceantur, vel propug-
 nentur, nec Bulla legatur, vel distra-
 hatur. Proxima autem die prima Au-
 gusti Harlayus, qui Regii Procuratoris
 vices subibat, in pleno Facultatis con-
 sessu, majore quam Catholicum decui-
 set, libertate contra hanc Bullam de-
 clamabat, inter alia sic prolocutus:
 „Utinam nunquam nobis nostram sub-
 „missionem erga visibile Ecclesiæ Caput
 „testandi occasiones deessent, ast longa
 „experientia edocti, quod Pontificia
 „dignitas omnes passiones humanas
 „non extinguat, eapropter effectus po-
 „testatis ad ædificationem & S. Cano-
 „num

Sæc. XVII. „num conservationem impensæ, ab an-
 A. C. 1664. „bitionis & iræ effectibus, quos rejici-
 „mus, inviti distinguere cogimur:
 „his resistendo peccamus, non minus
 „obediendo peccaremus. *Sancta hæc*
rebellio semper Ecclesie Spiritui erat con-
sona, ita S. Leo Magnus dixit: Mand-
Petri Privilegium, quoties ex ejus aequi-
tate fertur judicium &c.

Cum autem ejusmodi declamatio-
 nes impune, imo ingenti cum applausu
 exciperentur, mox privati quidam
 Doctores varios libellos maligne in Pon-
 tificem scriptos divulgaverunt, atque in-
 ter Jansenistas Antonius Arnaldus sua
 principia ab ipso Parlamento stabilita
 fretus, notas in Alexandri VII. Bul-
 lam edidit, ubi hic Author Art. 5. asse-
 rit: *Alexander Papa oppido temerarie De-*
inspirationem præstolabatur, Art. 9. & 12.
Bulla hæc non modo est temeraria, præ-
sumptuosa & scandalosa, sed jure merito
dici potest, quod hæresis postulari & con-
demnari valeat. Art. 5. principiis manifeste
hæreticis innititur. Art. 13. Ægre Curia
Romana Papæ Alexandri, sicut Honorii
Papæ memoriam vindicabit. Alexander
non solum non condemnavit errorem. Art. 15.
errores, quos Papa per suam Bullam con-
firmat, sunt errores seditiosi. Art. 23.
Principia ibidem approbata sunt notorie
abominanda &c. Jacobus quoque Bois-
 leau

leau Parisiensis Theologus adversus Sæc. XVII.
 hanc Bullam *considerationes venerabundas* A. C. 1664.
 edidit ubi Art. 1. hæc effutit, si verum
 esset, nos obstrictos esse, in omnibus Pon-
 tifici obedire, quoties cum insignibus sue
 auctoritatis loquitur, cessaret Verbum Christi,
 qui docet, quod portæ inferi &c. Art. 4.
 manifeste probatur, quod hæc Bulla præ-
 cipiti calamo sine disputatione, discussione,
 imo nequidem lectis Facultatis censuris fue-
 rit facta. Art. 1. Hæc Bulla est injusta,
 nullitatibus repleta, & manifestas hæreses
 approbans Art. 5. passione expugnatus est
 Alexander Art. 9. ipsimet Pontifices ejura-
 runt errores, quando illi a Facultatis Do-
 ctoribus fuerunt damnati. Virulenta hæc
 scripta quidam Doctores in unum li-
 brum sub titulo: *Collectio variorum scri-
 ptorum circa censuras &c.* collegerunt:
 ast hæc collectio ipsi adeo Parlamento
 tam virulenta est visa, ut eam die de-
 cima nona Maji biennio post ad rogam
 damnaret, quamvis forte ultionem
 suam aut nimis tarde, aut minus effi-
 caciter exercuisse videatur, præsertim
 cum exempli pravitas, in Magistratu,
 tantum habere soleat virium, ut non
 modo alios ad imitationem, sed etiam
 ad pravitatis augmentum incitet.

Sæc. XVII.

A. C. 1664.

§. XXXIV.

Moniales Portu - Regienses e suo monasterio ejectæ.

Du Pin hist. Eccl. tom. 14. p. 340. §. 14. Abregé de l'Hist. Eccl. tom. 3. Vid. supra § 75. p. 637. Calmet Hist. Univers. lib. 157.

Enimvero Sanctimoniales Portu - Regienses, compellentibus Parisiensi Archiepiscopi Vicariis, anno hujus sæculi sexagesimo primo jamjam secundæ eorum edicto post diuturnam repugnantiam subscripserant, his Verbis: „Nos &c. considerantes, quod omnium, quæ super statum & sexum nostrum, ignoræ simus, ut fidei nostræ, quam tum valemus, testimonium reddamus, ultro nostra subscriptione declaramus, quod profunda veneratione summi Pontifici subjectæ, nilque charius præter fidem habentes, sincere & eo animo amplectamur, quicquid Innocentius X. hac super re jam decidit, & omnes errores, quos ei contrarios censuit, rejiciamus, nihilominus hoc anno Harduinus Perefixus, qui Petro de Marca defuncto Parisiensi Archiepiscopo successerat, iisdem Monialibus juramenti formulam eo tenore, quam ipse eam conceperat, die decima quarta Junii subscribendam proposuit, eisdem declarans, quod ab eis circa questionem facti non Divinam, sed duntaxat humanam & Ecclesiasticam fidem expeteret.

Ha

Hæ vero rursus suam ignorantiam causæ, necnon mendacium mentali restrictione tegi veritæ, formulam signare recusabant: Ut ergo Archiepiscopus anxio earum animo consuleret, ab eisdem petiit, ut sine ulla limitatione sese Innocentii X & Alexandri VII. Constitutionibus sincera submissione subicere profiterentur: Verum Moniales a Portu-Regiensibus Theologis instigatæ respondebant, se Deo & Ecclesiæ illufuras, si factum ipsis penitus incognitum attestarentur, replicante autem Archiepiscopo, quod hoc factum, etsi incognitum, fide tamen humana, quam ab eis exigit, credere teneantur, cum Chamillardo sancti Nicolai Vicario & Spirito Oratorii Sacerdote, ex ipsius Archiepiscopi mandato, desuper consultabant: quamvis autem ambo eas rogassent, ut in obsequium sui Archipræsulis formulæ cum certis generalibus verbis subscriberent, nihilominus hæ die quinta Julii unanimi suffragio declarabant, se nullatenus adduci posse, ut amplius, quam obsequiosum silentium circa quæstionem facti pollicerentur: Hac pertinacia irritatus Archipræsul die vigesima prima Augusti cunctas convocari iussit, eisque suam contumaciam, ac rebellionem exprobrans, denuo ad puram & sinceram

Sæc. XVII.
A.C. 1664.

ram

Sæc. XVII. ram subscriptionem illas hortabatur
A. C. 1664. quoniam vero illæ in suo propo-
 sito persisterent, die decima septima
 Novembris Sacramentorum usu illas
 interdixit, postea evolutis octo diebus
 unacum Prætoribus, aliisque iudicibus
 Regiis ad Monasterium reversus est
 Abbatissam de Ligny Meldensis Episcopi
 Sororem necnon undecim Moniales
 ceteris magis obstinatas e Parisiensium
 Portu Regio ad separata Monasteria
 abduci iussit, earumque loco ex Or-
 dine Visitationis B. V. sex Religiosas
 Virgines evocavit, ac Portus-Regium
 Superiorem nominavit Matrem Eugenia-
 miam. Die septima Octobris Abbatissam
 cum ceteris adversus hanc Archiepiscopi
 violentiam ad Parlamentum provocabat,
 a quo etiam Archipræfules interpellatus,
 totam causam ad intercessionem Regis
 Senatui devolvit, atque Portus-Regium
 in Campis delatum die decima septima
 Novembris sexdecim alias Moniales æque
 pertinaces Sacramentorum usu exclusit:
 Cum autem duodecim Moniales in Parisien-
 si Monasterio petita formulæ subscrip-
 sent, hæc in suam Superiorem, disce-
 dentibus Monialibus Visitationis B. V.
 elegerunt Matrem Dorotheam de Perdreau:
 Postmodum Archiepiscopus anno sequenti
 omnes obstinatas Moniales rursus

rursus ad Monasterium Portus - Regii ^{Sæc. XVII.}
 de Campis revocavit, ubi etiam Sa- ^{A. C. 1664.}
 cramentorum usu destitutæ, atque a
 ceteris obsequiosis segregatæ usque ad
 Mensen Februarium Anni post Chri-
 stum natum millesimi sexcentissimi se-
 xagesimi noni, quo Ecclesiæ pax conci-
 liata fuit, persisterunt, non paucis ipsa-
 rum constantiam demirantibus, aliis
 Archiepiscopum criminantibus, eo quod
 foeminas sine Regis jussu adstringere
 voluerit, ut crederent propositiones
 quasdam contineri in libro latino, quem
 ipsi nequidem vidissent, & nec verbum
 ex illo intelligerent.

§. XXXV.

*Casarei & Hungarici exercitus vi-
 ctoria contra Turcas.*

Bellum interea in Hungaria majoribus
 Christianorum animis, quam anno ^{Han Panon.}
 priori adversus Turcas gestum est; quip- ^{nov. p. 449.}
 pe Nicolaus Comes de Serini ineunte ^{Priorat.}
 hoc anno collectis Hungarorum sexde- ^{Hist. Leop.}
 cim millibus Presnizium, Babotsam, ^{p. 2. lib. 4.}
 aliasque inferioris Hungariæ urbes qua- ^{Ortel. cont.}
 vi, qua deditione recuperabat, promo- ^{p. 297.}
 tisque castris Quinqueecclesias, Neu-
 triam, & munitissimam Terackiensem
 arcem non sine iterata Turcarum clade
 expugnabat: majus adhuc damnum
^{Hist. Eccles. Tom. LXIII.} H Tur-

Sæc. XVII. Turcis intulit, dum celeberrimum
 A. C. 1664. seccientem pontem ad transvehenda

annonam opportunissimum incendio
 struxit, absdubio majora tentatur
 nisi dissensiones inter ipsum & Hol
 chium Comitem Cæsarei peditatus
 bonum exortæ turbassent publicæ
 litatis studium: Interim idem Hol
 chius Canisiam urbem cinxerat, Tum
 vero majore numero accurrentibus
 fidionem solvere cogebatur. Ma
 prospero armorum successu Succ
 Marefcallus die duodecima Junii
 viam urbem armata vi, arcem, vero
 ditione cepit. Hujus Urbis jactura
 topere Vezirium lancinabat, ut tot
 suam rabiem in Neo-Serinianam arc
 Turcis adeo infensam, & feralem
 fundere decerneret: Igitur præmi
 Tartaris Muram ponte navali jung
 præcipit. Tempestive autem occu
 Nicolaus Comes cum quingentor
 militum agmine: ast vincere præse
 nus tam inopino impetu in Turcar
 phalanges irruit, ut in medium Tu
 carum undique circumfusus progr
 inconsultum, regredi vero indecor
 ratus, ad prælii necessitatem redig
 retur: Tum vero patuit, nihil esse
 arduum, quod obfirmatus ad vince
 dum animus superare nequeat, qua
 do necessitas vires suppeditat, &
 spera

operatio animi magnitudinem acuit; Sæc. XVII.
 quippe Nicolaus tanto furore in Turcas A. C. 1664.
 moverat, ut post ejaculatam primam

globorum tempestatem, una omnes in fugam conjiceret, cumque Turcæ, ut fugientes sisterent, ex adversa fluminis ripa ad pontem magno numero confluxissent, conferti & quasi cohærentes tela aut vibrare non poterant, aut vibrata levi & vano ictu pauca in hostem, plura in suos cadebant; unde Turcarum quamplurimi e ponte detrusi fluctibus hauriebantur: Hac suorum clade exacerbatus Vezirius Sigetensem Bassam, eo quod hosti cessisset, excoriari, Oschanum vero, cui Essecciensis pontis custodia erat commissa, verum vivum transfodi, alios vero Bassas strangulari præcepit, ipse vero cum laceri sui exercitus reliquiis retrocessit, ac octingentos faucios Budam remisit: nec tamen propterea expugnandæ arcis spem amiserat, sed collectis suorum quinquaginta millibus in Muræ ripa, castra metatus flumen trajicere tentabat; jamjam trecenti noctis beneficio transvadabant, & a Stroziano milite repulsi proximam occupabant Insulam; quo cognito Petrus Strozzius Comes stricto ipsemet gladio cum suis adeo strenue hostem aggreditur, ut solutis ordinibus fugientes partim ferro partim undis perirent.

H 2

Ce-

Sæc. XVII. Cecidere in hoc conflictu Turcarum
 A. C. 1664. plusquam tria millia: Depulso ex
 fula hoste, Strozzius dum in tent
 Belliducum virtutem deprædicab
 glande petitus die septima Junii obi
 non sine maximo militum suorum luctu
 Is enim, quantus esset magis mor
 sua quam victoriis patefecit; eo enim
 sublato Turcæ illa adhuc die Neo-S
 rinensem arcem vallis & aggeribus oc
 gebant, eamque eminentiori ex col
 quem Hungari occupare neglexerunt
 tam assidua tormentorum explosio
 verberabant, ut die ultima ejus
 Mensis eam vi occuparent.

§. XXXVI.

Turcarum clades ad S. Gothardum

Tuld. Hist.
Hung. l. I.

Soluta Canisiana obsidione, incen
 que Comarrino & Egerseckio Tur
 trajecto Arrabone fluvio Jaurinum
 fidere, ac circumvicinam Regionem
 devastare moliebantur: Horum tam
 consilia retardabat Succhius Mare
 lus, qui Leviam obsidione libera
 initoque prælio plusquam sex Tur
 rum millia die decima nona Julii tra
 davit, occupatisque Turcarum cast
 optimam prædam inter suos distribu
 Hac Cæsareorum victoria præludeb
 tur internecinæ Turcarum cladi.

erat prima Augusti, qua generosus Sæc. XVII.
Comes Montecuculus Barcanum oppi- A. C. 1664.
dum e Regione Strigoniensis urbis oc-
cupare constituit, Turcisque inde de-
jectis ad Sanctum Gothardum castra po-
suit, de rei summa cum hoste decer-
taturus. Haud segnius Turcæ Cæsa-
reos aggredi statuunt, ac summo ma-
ne sex Janissarorum millia trajecto flu-
mine mediam Christianorum aciem in
fugam agunt, totumque exercitum
prostrassent, nisi Hohenloe Dux, qui in
eminenti montis loco confederat, cum
suis descendens, Turcas iterato repu-
lisset. Peroportune ad Cæsaris castra
advenerant Gallorum, ac Imperii sup-
petiæ, quibus auctus Comes Monte-
cuculus habito belli Senatu hostem, qui
iterato Arrebonem fluvium trajicere,
sociisque fluminis transitum sternere sa-
tagebant, aggredi decrevit. Toto igitur
exercitus robore in primas Turcarum
phalanges irrui: ferociter quoque
Turcarum equites in lævum Gallorum
cornu invehuntur, dimicatur utrinque
non minus strenue, quam pertinaciter,
ac Turcæ cominus pugnam conferere
coacti, fortiter gladios stringunt, vicis-
sim vero Germani ac Galli pedites ha-
stis suis omnes Turcarum impetus elu-
dunt: tandem vero Cæsarei Cata-
phracti effusis habenis in barbaras le-
giones

Sæc. XVII. giones tanto impetu irrumpunt, &
 A. C. 1664. prælio in septimam horam protrahitur, & equites sine ordine fugati Turcicos pedites proculcarent, secumque in profundum abriperent. Periere hac pugna præter eos, quos aquæ forpsierant, sexdecim ferme Turcarum millia, quinque Bassæ, atque inter eos Ismael Budanus a Denewaldo Centurione in medio flumine trucidatus triginta & aliquot Agæ, quamplurimum Equitum Tribuni cum suo Genere. Parta fuere quatuordecim belli tormenta, alia partim ex undis extracta, partim in eas a Gallis præcipitata. Huius victoriæ fructus erat pax, quæ nomen a nonnullis nimium præfatum credebatur; arguebantur enim Cæsar rei, quod, dum vix vincere cæperant, jam bellare fastidirent.

§. XXXVII.

Erfordienfis tumultus contra Moguntinum Archiepiscopum.

*Priorat.
 Hist. Leop.
 p. 2. l. 5.
 Tuld. Hist.
 decen. l. 3.*

Jam dudum inter Erfordienfis civitatis cives, & Joannem Philippum de Schönborn Moguntinum Archiepiscopum atque Electorem acre ferveret dissidium, cujus occasionem dedit amittendæ libertatis timor, aut san-

cus Lutheranae sectae Zelus: Ex anti-Sæc. XVII.
 qua, communique consuetudine certæ A. C. 1664.
 preces pro fausto Archiepiscopi atque
 Electoris Moguntini regimine, ejusque
 Archi-Diæcesis prosperitate e suggestu
 in Templis fundebantur. Hunc mo-
 rem autem Lutherana rabies necnon
 diuturna Suecorum in hac urbe com-
 moratio interruptit, non alia ex causa,
 nisi quia Elector religione Catholicus,
 & professione Ecclesiasticus esset: Sub-
 latis autem per pacem Westphalicam
 dissidiis Elector has preces denuo fundi
 præcepit; obstitere autem Protestantes,
 causati, illas esse conscientiae suae li-
 bertati contrarias, aliunde nonnisi pro
 arbitrio ante tricennale bellum quando-
 que fusas, quandoque omissas: spre-
 verunt etiam iterata Electoris monita
 æque ac minas: quocirca Archiepisco-
 pus rem ad Cæsaris Tribunal devol-
 vere coactus, per Deputatos Judices
 Melchiorem Ottonem Bambergensem
 Episcopum, & Eberhardum Wirten-
 bergicum anno hujus sæculi quinqu-
 gesimo sententiam obtinuit, vi cujus
 decretum, ut ea intentione & modo
 hæ preces fiant, quibus ante motus
 bellicos fieri consuevissent: Palam huic
 Cæsaris decreto obsistere veriti cives,
 illud saltem eludere nitebantur, caus-
 sati, haud amplius reperiri, consue-

Sæc. XVII. tam hactenus precum formulam; et

A. C. 1664. ortis autem denuo novis dissidiis circa

Magistratus electionem, ad Moguntinæ preces novi a Cæsare Erfordiam mittuntur Deputati, qui lite composita denuo pro Electore consuetas preces fieri imperarunt: redeunte autem electionis die Erfurtenfes excluso Volmaro Limprecht, Senatores nuper a Cæsare Deputatis amotos elegerunt, Volmaro autem ad Cæsaris mandata provocante Schwalbaci transactio fuit interta, quam tamen Protestantes non acceptarunt: crescente igitur eorum audacia, Baro de Schmidberg a Cæsare missus Limprechtum restituit, & sequentem precum formulam præscripsit: *Oramus quoque Deum pro Electorali sua Celsitudine Moguntina, VELUTI Domino nostro Clementissimo, ut omni potentia sua prospere in statu eandem dirigere, regere, conservare, ac gubernare dignetur, ad totius Imperii constantem tranquillitatem, necnon felicem omnium hucusque exortarum dissolutionum compositionem, nostram nostrorumque posterorum totalem quietem & prosperitatem.*

Hanc precum formulam Limprechtus ex quatuor viris præcipuus ad Senatorem retulit, quam etiam ex Senatoribus nonnulli ratam, acceptamque habuerunt alii vero Senatores, cives & præcipue

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

Prædicantes, qui pro Principis sui Catholici incolumitate publicas preces fundi indignabantur, populum ad seditionem commovere certabant, insurrantes, quod Erfordia esset libera Imperii civitas, nunc vero Archiepiscopus non tam preces, quam supremam jurisdictionem in civitatem per eas sibi arrogare niteretur. Igitur cives potissimum Protestantes per hosce cinisflones concitati suam libertatem & privilegia infringi vociferantur, insurgunt, & tumultuantur: quamvis omnibus notum esset, quod Prædicantes hoc commento cives nonnisi decipere, atque ad excutiendum Principis Catholici jugum inflammare intenderint, cum jamjam per pacem Westphalicam civitas hæc Electori adjudicata fuerit. Percepta autem Protestantium pervicacia Cæsar ab Electore interpellatus, rursus interminata violatæ pacis poena, aurique multa eos ad parendum hortatur, certosque fieri jubet, quod ex hisce precibus nec in Ecclesiasticis, nec Politicis ullum damnum ipsis pertimescendum foret. Nihilominus seditiosi Senatores Hallenhorstium & Kniphovium officio movent, & firmato inter se unionis fœdere concludunt, Electori quidem jura sua integra, Saxoniae vero ducibus protectionem & urbi libertatem

Sæc. XVII. fartam esse servandam: hoc foedus Cæsaris
A. C. 1664. Deputati tanquam nullum declarant, in

ditiosos ad parendum hortantur, am-
bos hosce Senatores restitui, prece-
que recipi jubent: ast rebellis Sena-
tore Cæsaris mandato & Saxonis hu-
tatu Limprechtum in Curiam vocant
& perinde ac si verbum *velut* omis-
sitatis insimulatum primo ad carce-
res, postea ad ignominiosam mortem
condemnant, alios, qui eos ad obedi-
entiam hortabantur, tanquam Prin-
cipi clam addictos unacum Syndico
exilium detrudunt, ipsisque Cæsareis
putatis minas intentant, adeo, ut
plebis furorem declinaturi, Mulhausen
aufugere cogerentur. Frustra Cæsar
severiora in eos promulgat edicta, con-
minatur proscriptionis poenam, con-
suetosque ad parendum terminos pro-
scribit: cum autem ea sit Sectariorum
indoles, ut alieni imperii impatientes
sub Religionis oppressæ obtentu in-
surrexerint, belli metu jugum excutere, su-
perque rebellionis socios conquirere
conantur: Ita quoque Erfordien-
ses restitui ceterorum Protestantium Prin-
cipum & Statuum, etiam in Ratisbonen-
sibus comitiis congregatorum opem in-
plorabant, qui tamen eos ut, reservato
sibi jure debito, pareant, admonebant
solus tamen Elector Saxoniae jus pro-
tectio-

testionis in hanc civitatem sibi ab anno Sæc. XVII.
 octogesimo secundo sæculi decimi quinti A. C. 1664.
 assertum obtendebat, cui tamen Mo-
 guntinus antiquius Metropoleos jus pa-
 cemque Westphalicam opposuit, ius-
 sitque, ut capta urbe, quicquid est ju-
 ris, redimeretur. Interea præterla-
 buntur termini, præfigitur adhuc octi-
 dui spatium, intra quod novum Sena-
 tum restituerent, Limprechtum dimit-
 terent, & tandem se mandatis paruis-
 se docerent, aut proscriptionis poenam
 experirentur: Incassum omnia; qua-
 propter Elector denuo Cæsarem roga-
 bat, ut Fecialem, qui in refractarios
 poenam denuntiaret, Erfordiam decer-
 neret: Comparuit hic Mense Octobri,
 unacum Notario, & quinque tubicini-
 bus, ast seditiosi cognito ejus adventu
 ad Urbis portam, ductore quodam Hor-
 tulano turmatim convolant, fecialem
 contumeliis, & convitiis non modo in
 ejus personam sed & vestem deman-
 datæ auctoritatis tesseram obruunt, sau-
 ciant, saxi impetunt, & tot verberi-
 bus onerant, ut cruore undique ma-
 nans semianimis ex equo decideret:
 nec his contenti illum in vincula con-
 jiciunt, illudunt, examinant atque im-
 pendentis periculi, vitæ & mortis metu
 ab eo extorquent, ut se suo officio haud
 functurum polliceretur, quo facto illum
 biduo post dimiserunt. Hanc

Sæc. XVII.

A. C. 1664.

Hanc injuriam, violatque jur-
gentium, ac læsæ Majestatis crimes,
cum excusando eluere desperarent, ob-
firmata armorum violentia tueri sta-
tuunt: igitur bellum parant, & Pro-
stantium subsidia petunt: ne ergo Ele-
ctor cunctatione, aut vana obsequii
ducia vim repellendo impar fieret, ut
que Cæsaris jussa validius exequi pos-
set, Gallorum opem implorabat, cuius
tiam Ludovicus Rex octo armatorum
millia, Predelio belli experientia clar-
Ductore, submisit. His igitur necesse
Caroli Lotharingiæ Ducis copiis auctis
Electore, die septima Septembris pro-
mulgato edicto usurpata Principis ju-
spreta monita, ac Cæsaris mandata, læ-
sam ejusdem Majestatem violatumque
jus gentium eisdem exprobrans, de-
clarabat, quod pœnam, cui ob peri-
cariam se obnoxios reddidissent, ex-
qui a Cæsare jussus esset. Opponebant
equidem Protestantes huic edicto fir-
volas excusationes, confictaque jura,
sedulo etiam Principibus sectæ suæ ad-
dictis suspicionem ingerebant, perinde
ac si sub specioso urbem compescendi
obtentu, Galli in Germaniam latius pe-
netrare seque in Imperii Principum at-
bitros erigere molirentur: nec surdas
pulsabant aures; vicini enim Principes,
imo ipse etiam Sueciæ Rex per suos
Ora-

Oratores desuper apud Cæsarem & Electorem Moguntinum querebantur: Rex vero Franciæ per Literas & Legatos suos declarabat, se ab omni alio hostili consilio alienum esse, & duntaxat suo fœderato Principi ad reprimendam subditorum rebellionem opem ferre: Interim Elector cum octo circiter suorum millibus, & Lotharingi Ducis necnon Monasteriensis Episcopi copiis urbem quaterere cæpit, nihilominus seditiosi cives inturmam coeunt, ex urbe erumpunt, spoliant captivos, in Optimates inquirunt, e Curia Limprechtum & Hallenstorffium educunt, illos tanquam omnis mali incentores arguunt, sudibus cædunt, ut fere exanimis corruerent: Gudeni Electoralis Sigilliferi ædes spoliant, Kniphosium glande trajiciunt, & Limprechtum quæstionibus subiectum obtruncant, caput clavo ferreo in Curia suffixum, & truncum in foro exponunt. Tenuit hæc obsidio viginti septem dies, tandem vero seditiosi omni consilio & ope destituti die decima quinta Octobris tredecim præcipuos Senatores Pilterslebiū ad Electorem ablegant, & deditionem certis conditionibus veniamque efflagitantes, urbis suæ claves genuflexi offerunt: Excepit eos Elector benignitate tanto Principi ingenua,isque suæ sectæ libertatem

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

Sæc. XVII. tatem confirmavit: ipsi vero vicissim
 A. C. 1664. Electori velut supremo suo Domino ter-
 ritoriali necnon Sedi Moguntinæ ho-
 magium, obedientiam, fidelitatemque
 jurant, seque e civitatis ærario expen-
 sas in hanc obsidionem factas refusum
 spondent. Postea Elector Limprecht
 Quatuorviri cadaver exhumari, atque
 in Templo Mercatorum perhonoratim
 sepeliri, urbem primo Lotharingicis
 postea Moguntinis militibus, novis
 geribus, & recens erecta arce S. Petri
 libertatis indomitæ fræno, muniri
 sit. Sequenti autem anno in festo Cor-
 poris Christi solemniter denuo habebatur
 in urbe supplicatio a Lutheranis jam
 dudum proscripta, quam vexillum
 tiosissimum, & Lutheri commento longè
 antiquius e Curie latebris extractum
 præcedebat. Audiebantur denuo
 divina campanarum murmura, ingens
 tique Catholicorum lætitia ad quatuor
 Evangelia resonabant tormentorum
 tonitrua. Residua demum controversa
 sia ob patrocinii jus Saxonicæ Domini
 ereptum anno sequenti die trigesimo
 Decembris Lipsiæ composita est.

§. XXXVIII.

Julii Saccheti Cardinalis obitus.

Unicus duntaxat ex Purpuratis hoc Sæc. XVII.
anno obiit Julius Sacchetus patria A. C. 1664.

Florentinus, qui primævo naturæ genio præclaras perspicacis ingenii, animique dotes consecutus, humaniorum literarum studio ingenti profectu incubuit, postea utriusque Juris scientia imbutus, ac Doctoratus laurea Pisis insignitus, amplam de se expectationem haud frustrabatur. Inerat ei præcella indoles, vitæ modestia, Majestatis gravitas, rara prudentia, & profunda eruditio, toto tamen vitæ suæ cursu probus & doctus esse, quam videri maluit: ob id autem eruditus Viris ac præcipue Paulo V. acceptissimus, Romæ Prælati Pontificius, Referendarius, & primarius Aulæ Judex renunciabatur: mortuo demum Paulo Pontifice a Gregorio XV. Pro-Legatus Bononiensis, & ab Urbano VIII. Episcopus Graviensis & Nuntius ad Hispaniæ Regem decretus, ubique raram animi magnitudinem, liberalitatem, justitiæ amorem, morumque integritatem præsetulit, totque meritorum suffragio absens Romanam Purpuram adeptus, atque ad Fanensem Ecclesiam translatus, Legatus a latere ad civitatem primo Ferrariensem, postea Bononiensem destinabatur, inde vero Romam revocatus, per integros viginti tres annos
Signa-

Ciaccon. in
vit. Urbani VIII.
Ughell. Ital.
Sacra.

Sæc. XVII. Signaturæ Præfectum summo omnium
 A. C. 1664. applausu egit, ac præcipuarum Co-
 gregationum Præfecturam tanto Eccle-
 siæ proventu gessit, ut Pontifices pri-
 tius sibi, quam Sacchetto benefici-
 vendicasse viderentur. Eminuit in-
 gulari moderatione, qua post Urbani VIII.
 & Innocentii X. obitum in iteratis o-
 mitiis ad D. Petri Cathedram a multis
 ardentissime expetitus, omnium vo-
 spesque elusit, seque supremo etiam
 fastigio, dignissimum licet, eminenti-
 rem tamen ostendens, ipsemet in
 fautores Alexandro VII. conciliavit
 semper enim se ipso superior, nunquam
 in prosperis elatum, nec in adven-
 dejectum exhibuit animum, atque
 ultima etiam vitæ periodo, quam
 acutissimis calculi doloribus afflicta-
 ad stuporem usque Orbis & Urbis
 mirabilem patientiam, & æquanimi-
 tem præsetulit. Obiit denique Romæ
 die vigesima octava Junii anno æta-
 suæ septuagesimo sexto, sepultus
 Ecclesia Nationis Florentinæ ad S. Jo-
 nem Baptistam.

§. XXXIX.

*Christiani Megapolitani Ducis mat-
 monium a Papa dissolutum.*

Jam ab aliquo tempore inter Christiana-
num Megapolitanum Ducem, &

Christinam Margaretham ejus Conju-
gem acres gliscebant similitudines, præ-
cipue postquam Dux ejurato Lutheri
errore ad fidem Catholicam revertendi
consilium eidem manifestaverat; ipsa
enim propositi sui tenax, nec Cæsaris,
nec Electorum ac Principum hortatio-
nibus cedere voluit. Erat illa Marito

Sæc. XVII.
A. C. 1664.
*Carol. mem.
Eccl. Sæ-
cul. XVII.
l. 7. c. 23.
Tuld. Hist.
Decenn. l. 3.
Vid. supra
S. 16. p. 63.*

suo secundi gradus consanguinitate pro-
pinqua, nihilominus tamen Swerinen-
ses Prædicantes Pontificia quasi aucto-
ritate nubendi veniam eidem gratiose
impertiebantur, decimo autem post
anno seu hujus sæculi sexagesimo idem
matrimonium nullum irritumque pro-
nuntiabant: Postquam vero Christianus
Parisiis, ut supra meminimus,
Romanæ Ecclesiæ manus dederat, de
matrimonio suo auctoritate legitima
dissolvendo cum Ludovico Galliarum
Rege, & Barberino Cardinale egit,
quorum etiam opera summus Pontifex
Ducem ab omni prioris connubii vin-
culo liberum declaravit, facta ad no-
vas transeundi nuptias facultate. Hac
igitur obtenta, Christianus jam Catho-
licus anno priori Isabellam Angelicam
Castellionis Ducis viduam duxit: quo
comperto omnes Margarethæ propin-
qui, Prædicantes, omnesque Prote-

Hist. Eccles. Tom. LXIII. I stan

Sæc. XVII. stantes in comitiis Ratisbonensibus
 A. C. 1664. cunda hæc vota irritari, hoc anno
stulabant, ipsa quoque Margaretha
 sus in juris sui conjugalis possessione de-
 fendi petebat, eoquod Religionis mu-
 tatio ad dissolvendum conjugium
 esset modus inter Protestantes receptus
 neque etiam Pontificis sententia vale-
 cum ejus Jurisdictio, utpote per pacem
 Religiosam, nupera pace Westphalia
 confirmatam in Protestantium ditioni-
 bus suspensa, nullius valoris esset, nec
 Principem Lutheranam obstringere
 cum autem ipsemet Imperator Pontifi-
 cias literas sua etiam auctoritate firm-
 ret, simulque prolibus ex legitimo
 connubio suscipiendis successionis
 & investituræ gratiam promittere
 frustranea erat eorum oppositio.

§. XL.

*Duodecim Cardinales ab Alexan-
 dro VII. inaugurati.*

*Cincon. in
 vita Ale-
 xandri VII.
 tom. 4.
 Priorat. in
 vita Leo-
 pold. I. l. 4.*

Eodem hoc anno die decima quatuor-
 Januarii Alexander VII. Pontifex
 duodecim selectos Præsules Cardina-
 lium Collegio adscripsit, quos inter
 primus erat Hieronymus Boncompagni
 gnus, antea Bononiensis Archiepiscopus,
 Cardinalis Presbyter tit. SS. Petri
 & Marcellini. II. Carolus Bonellus
 pat.

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

patria Romanus, Archiepiscopus Co-
 rinthi, Cardinalis Presbyter tit. S. Ana-
 stasiæ. III. Cælius Piccolomineus Cæ-
 sarensis Archiepiscopus, Presbyter
 Cardinalis tit. S. Petri in Monte Aureo.
 IV. Carolus Caraffa Aversanus Episco-
 pus, & Nuntius Apostolicus apud Leo-
 poldum Cæsarem, qui ipse in festo
 S. Josephi galerum rubrum ejusdem
 capiti, suumque maximi valoris annu-
 lum ejus digito imposuit: Obtinuit ti-
 tulum S. Susannæ. V. Angelus Cel-
 sus Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii
 in Velabro. VI. Paulus Sabellus Dia-
 conus Cardinalis tit. S. Mariæ de Scala.
 VII. Alphonsus Litta ex Mediolanensi
 Archiepiscopo Presbyter Cardinalis tit.
 S. Crucis in Jerusalem. VIII. Neri-
 us Corsinus Damiatæ Archiepiscopus Car-
 dinalis tit. SS. Nerei & Achilei. IX.
 Palutius de Albertonibus Cardinalis tit.
 SS. Duodecim Apostolorum. X. Cæ-
 sar Rasponus Presbyter Cardinalis tit.
 S. Joannis ante Portam latinam. XI.
 Joannes Nicolaus de Comitibus Pres-
 byter Cardinalis tit. S. Mariæ Trans-
 pontinæ. XII. Jacobus Philippus Nin-
 nius Cardinalis Presbyter tit. S. Ma-
 riæ de Pace.

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

§. XLI.

Principum atque Illustrum obitus.

Priorat. l. c.
l. 3. p. 273.

Luctuosum hunc annum fecit Austriae Domui Carolus Josephus Imperatoris Frater rebus humanis exemptus & in cælum die vigesima octava Januarii, ut pie speratur, translatus. Hic optimæ spei Princeps ac Passaviae & Olmucensis Episcopus infirmitate quam anno priori artis medicæ operibus luctatus fuerat, denuo oppressus, dum ad Belgii gubernacula a Rege Hispaniae destinatus eo ire parat, Lincii non dum emenso decimo quarto ætatis suæ annis decessit, eo majore luctu, quo in tantis totius Augustissimæ Domus Austriacæ spes in solo Leopoldo Cæsare & Archiduce Sigismundo Franciscis utroque innupto, residua esset. Obiit etiam hoc anno die decima quarta ejusdem Mensis Francisca Magdalena Caroli Emanuelis II. Sabaudiae Ducis conjux, ac Gastonis Aurelianensis Ducis Filia, de qua jam supra mentionem fecimus.

§. XLII.

Diversæ Alexandri VII. Constitutiones.

Cum Alexander VII. Papa post libro-^{Sæc. XVII.}
 rum prohibitorum Indices a Con-^{A. C. 1664.}
 cilio Tridentino & Clemente VIII. con-
 cinnatos non modo a S. Romanæ In-^{Bull. magn.}
 quisitionis Cardinalibus sed & subse-^{Alex. VII.}
 quentibus summis Pontificibus plures^{Const.}
 libros fuisse damnatos, nosset, hinc
 consultum censuit, ut novus ederetur
 Index, cui præfati Indices adderentur:
 hanc in rem die quinta Martii edita
 Bulla modum, quo hic Index confi-
 ceretur, præscripsit. Inhibuit insuper
 die vigesimo octavo Maji, ne Fratres
 Minores Tolosani novum Rosarium sub
 titulo S. Francisci inducant, nec tabel-
 lam exponant, in qua B. Virgo det SS.
 Francisco & Claræ Rosarium, nec e-
 tiam Sodales Confraternitatis Conce-
 ptionis immaculatæ Virginis supplica-
 tionem in prima Dominica cujuslibet
 Mensis celebrent: Ita nempe Ecclesia
 nunquam approbat devotiones, quæ
 ex æmulationis pruritu ortum trahunt,
 & dissidia necnon hæreticorum ludibria
 generant, aut novitatem superstitiosam
 redolent. Decrevit etiam idem Ponti-
 fex, die vigesima octava Junii, ut Fe-
 stum S. Dominici in Neapolitano Regno
 tanquam de Patrono celebretur de Præ-
 cepto, huic decisioni ansam præbuit
 populi Neapolitani Religio erga S. Ja-
 nuarium; cum enim hunc sancto Do-

Sæc. XVII. minico veluti inferiori Patrono pon
A. C. 1664. poni & S. Januario præeminentias de
 cerni peteret, Sacra quidem Congre
 gatio annuit, ne tamen exin devoti
 erga S. Dominicum decresceret, hinc
 ad hujus populi votum Papa ejus fi
 stum pariter servari voluit. Denique
 die vigesima Novembris præcepit, ut
 Superior per se ipsum cum unico soci
 Generalis vero cum duobus pro Visi
 tatione semel tantum in anno, Visita
 tori assistentibus quatuor Monialibu
 earum Monasteria, extra Visitatione
 vero cum facultate Ordinarii ingre
 possit, Confessarius autem absque ne
 cessitate non ingrediatur, nec ibidem
 pernoctare valeat, sed in suo Monast
 rio, vel in æde non contigua Monast
 rio moretur.

§. XLIII.

*Sacrarum Congregationum Deci
siones.*

Decis. S. **A**d varia dubia subinde proposita
Congr. Rit. quæ quædam reperiuntur Sacrarum Con
Concil. Eccl. gregationum Romanarum decisiones.
 primo quidem die decima quarta Ma
 sacra Rituum Congregatio decedit, quæ
 in exequiis unica Crux adhibenda sit
 lius Ecclesiæ, ad quam Cadaver de
 fertur, nisi Capitulum Cathedralis ve
 Colla

Collegiatæ funeri interfuit; tunc enim Sæc. XVII.
 Crux Capitularis privative adhibenda A. C. 1664.
 sit. Declaravit etiam S. Concilii Con-
 gregatio die quinta Julii, quod lethali-
 ter peccet, & ad restitutionem tenea-
 tur, qui tot Missas non celebrat, quot
 juxta datam eleemosynam præscriptæ
 fuerint, sicut & ille, qui retinet sibi
 partem stipendii, etsi exhibeat stipen-
 dium taxatum celebranti. Decidit quo-
 que die duodecima ejusdem Mensis
 sacra Rituum Congregatio, quod re-
 citantes ex legitima concessione Offi-
 cium Corporis Christi in qualibet feria
 quinta non impedita Festo novem lectio-
 num, illud recitare debeant, ut præ-
 scribitur in die ejusdem Solemnitatis,
 Missam vero celebrare de communi seu
 Votivam: Anniversaria autem & Missæ
 de *Requiem*, quæ ex dispositione testa-
 torum quotannis sunt cantandæ, possint
 cantari, etsi ipsorum obitus dies inci-
 derit in festum duplex majus. Deni-
 que S. Congregatio Immunitatis decla-
 ravit die decima sexta Decembris, quod
 Ordinarii & Episcopi, qui censuratos
 ob violatam immunitatem sine facul-
 tate Sedis Apostolicæ absolvunt, inci-
 dant in excommunicationem eidem S.
 Sedi reservatam, a qua tamen ordinaria
 datur facultas, ut se absolvi faciant a
 suis Confessariis privatim, & cum sum-

Sæc. XVII. mo Pontifice agatur pro dispensatione
A. C. 1664. Irregularitatis incurfæ.

§. XLIV.

*Synodi Monasteriensis, Tornacensis
& Cameracensis decreta.*

*Hartz. Con-
cil. Germ.
tom. 10.*

Rursus hoc anno Bernardus a Gallia
Monasteriensis Episcopus duas Epi-
stolas Pastorales edidit, in quibus Cle-
rum suum ad observanda decreta in
Synodis stabilita hortabatur; pariter
quoque Franciscus Villani a Gandavo
Tornacensis Episcopus Diæcesanam ha-
buit Synodum, in qua itidem quorundam
priorum statutorum Tornacensium
executionem inculcabat; re ipsa enim
adversus omnis generis corruptelas, &
vitia tam contra bonos mores, quam
Ecclesiæ disciplinam irrepentia tot Syno-
di totque statuta & præcepta fuerunt
sancita, ut si eorum observantia
potuisset impetrari, & nisi inveterati
morum pravitas, pravi exempli pote-
tia, & in vetita proruendi proclivitas
prævalerent, tot Diæcesanas Synodos
habere, superfluum esse videretur: ea
propter in primis quatuor Ecclesiæ sac-
culis, ubi morum Sanctitas tam in
Clero quam in populo adhuc viguit,
& pretiosus Christi Domini Sanguis ad-
huc calidus in fidelium venis ebullivit

paucas Synodos circa disciplinam, potissimas contra enascentes hæreses fuisse celebratas videmus.

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

Insuper hoc anno die prima Octobris Casparus Nemius Cameracensis Archiepiscopus Decanorum Congregationem habuit, in qua illis præcepit, ut sincere Archiepiscopo deferant, quos vel ob vitæ licentiam, vel literarum defectum Sacris officiis minus aptos noverint, ut novo examini subjiciantur, & inepti ab officio suspendantur. Statuit etiam sub pœna trium florenorum, ne quis tempore Concionis vel Catechismi Missam privatam celebrare audeat. Denique declaravit, quod nullus pro subdiaconatu ad examen sit admittendus, nisi testimonium a Decanis subscriptum de vitæ probitate, deposita confessione Generali, & factis proclamationibus exhibuerit.

§. XLV.

Quorundam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

Nonnullos ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc anno obiere, subjungere lubet; hos inter primus occurrit Franciscus de Salgado, qui duos tomos edidit de regia protectione oppressorum a causis & Judicibus Ecclesiasticis

Witte Diar.
Biogr.
Mandos.
Bibl. Rom.

Sæc. XVII. sticis appellantium, & tractatum
 A. C. 1664. supplicatione ad Sanctissimum a Bull
 & literis Apostolicis importune impo
 tratis: uterque tamen hujus Autho
 ris liber a sacra Inquisitionis Congre
 gatione proscriptus fuit. II. Ludov
 cus Jacobillus præter plurima Theol
 gica scripsit tractatum de Angelis, vi
 tas, & elogia Variorum, discursus
 historicum de civitate Fulginatensi, &
 Bibliothecam Umbriæ. III. Jacobus
 Maurus Benedictinus Congregationis
 S. Mauri Historiam S. Joannis Lauden
 nensis edidit, atque in detegendis Ascet
 tarum libris perutilem operam Ludov
 d'Acherio præstitit. IV. Claudius Chas
 telou ex eadem Congregatione scripsit
 quinque tomos Bibliothecæ Asceticæ
 ex veteribus Patribus; concinnavit quo
 que novam editionem sermonum D. Ber
 nardi, præter librum S. Basilii Regu
 larum fufius explicatarum: Elucubravit
 insuper Abbatiae Montmajoris Historiam
 S. Andreæ Avenionensis Historiam, quæ
 tamen nondum publicam lucem aspex
 it. V. Henricus Wangnerek S. Joannis
 didit notas in Confessionem S. Augu
 stini, tractatum de traduce, & crea
 tione animæ rationalis, Vindicias
 versus Pseudo - Politicos, Zodiacum
 Marianum, Antitheses Catholicas
 fide & bonis operibus præter plura alia

Menagian
 t. 2. p. 265.

VI. Franciscus Ayres Jesuita scripsit **Sæc. XVII.**
Directorium spirituale, theatrum Di- **A. C. 1664.**
vinorum triumphorum, imaginem pru-

dentium, & speculum ignorantium,
 exemplaria metaphorica, epitomen
 spirituales, & alia nonnulla. VII. Hen-
 ricus Marcellius itidem Socius posteris
 reliquit Theologiam Divinæ Scripturæ,
 armamentarium scientificum, disserta-
 tionem Apologeticam & aliam de Eu-
 charistia, Protestationem Christianam,
 Canones explicandæ S. Scripturæ, com-
 mentaria in librum Josue, & plura alia.

VIII. Joannes Baptista de Morales Ord.
 FF. Prædicatorum, qui ob Confucii
 cultum, quem contra Jesuitas repro-
 babat, variis calamitatibus, flagellis
 & exilio inhumane excruciat, occa-
 sione hujus controversiæ edidit sua sep-
 tendecin quæsitæ, quæ jam supra ad-
 duximus, item Sinensium Missionario-
 rum Ord. FF. Prædicatorum sententiam,
 libellum supplicem S. Congregationi
 porrectum, tractatum circa controver-
 sias inter PP. Dominicanos & Jesuitas,
 libellum seu Catechismum sinice scri-
 ptum, Historiam Evangelicam Regni
 Sinensis, relationem doctrinarum, &
 modi, quem Jesuitæ in conversione
 Sinensium tenent, præter scriptum a-
 liud, quo hic Author probat, *se in*
conscientia non posse se conformare Praxi

Patrum

Vid. supra
tom. 61.
p. 201. §. 66.
pag. 219.

Sæc. XVII. *Patrum Societatis*. IX. Joannes Obri-

A. C. 1664. Carmelita, publici juris fecit suum the-
saurum sacrosanctæ Missæ & Impo-
rem detectum, præter responsum de
tum libro Joannis Bruguiéri Nimi-
Nemausensis.

§. XLVI.

*Protestantium Scriptorum libri
decessus.*

Wood. Ath.
Oxon. Fre-
her. Theatr.
erud.

Ex A catholicis Scriptoribus hoc a-
no denatis memoratu digni su-
Joannes Buxtorfius, qui lexicon He-
braicum, tractatum de punctis, dis-
tinctionem de sponsalibus, exercitia-
nes de Arca, florilegium, pluraque
alia scripsit. II. Jacobus Hoat edidit
Historiam de restitutione Caroli II. Es-
sellum seu vitam Cronwelli, de-
ceptionem Anglorum Martyrum &c.
Jeremias Stephanus, qui posteritati
liquit S. Gregorii Magni librum de
Pastorali emendatum & restitutum
notas in Cypriani librum de unitate Ec-
clesiæ, & in ejusdem librum de bo-
patientia, & Apologiam pro vet-
jure Episcoporum ad suffragia in Pa-
lamento ferenda. IV. Jacobus Wel-
rus edidit anatomiam Massonii, exp-
sitionem Psalmi I. & capitis quinqu-
gesimi tertii Isaïæ, præter disputati-

nem de Idololatria Pontificiorum, & Sæc. XVII.
A. C. 1665.
 aliam contra Becanum. V. Richardus
 Byfeild scripsit tractatum in c. 8. Rom.
 refutationem tractatus de Sabbato, &
 alium de luce fidei & via ad pietatem.
 VI. Daniel Brenius elucubravit breves
 notas in V. & N. Testamentum, com-
 pendium Theologiæ Erasmicæ, plura-
 que alia.

§. XLVII.

*Juramenti formula ab Alexandro VII.
 Pontifice præscripta.*

Postquam omnia effugia, quibus Jan-
 senii fautores formulæ subscriptio-
 nem eludere nitebantur, tam Franciæ *Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 314.*
 Præsulum vigilantia, quam Regis au-
 thoritate fuerant præclusa, ultimum ad-
 huc arietem Jansenistæ adversus ean-
 dem admoveere tentabant, asserentes,
 Parisiensis Conventus formulam a Pon-
 tifice non fuisse approbatam, imo & re-
 jectam, eoquod nec in suis Constitu-
 tionibus, nec in literis ad Franciæ Epi-
 scopos datis vel unquam de hac for-
 mula mentionem fecisset, proin haud
 credendum esset, quod pro exequendis
 suis Constitutionibus ejusmodi formu-
 lam ac subscriptionem in Galliis exige-
 ret, quam nequidem Romæ fieri præscri-
 psisset. Ut ergo hoc quoque frivolum ef-
 fugium

Sæc. XVII. fugium præcluderetur, Ludovicus XII
A. C. 1665. Rex in secretiore suo Senatu de re

rogandum esse Pontificem, ut ipse
ejusmodi formulam, cui in Galliis
ubique subscriberetur, præscribere
Annuit perlubenter Pontifex Regi
Præfulumque voto, hancque in re
die decima quinta Februarii unacum
juramenti formula, quæ cum ea a Cle
præscripta omnino consona erat, se
quentem Constitutionem edidit:

„Regiminis Apostolici Divina pro
„videntia nobis quamvis immerito
„commissi ratio postulat, ut ad ea po
„tissimum, quæ Catholicæ Religio
„integritati, & propagationi, animi
„rumque saluti, & fidelium tranquilli
„tati consulere apta & idonea esse ju
„cantur, animum & curam omnem
„quantumlibet in Domino applicemus
„Quamobrem *Cornelii Jansenii* hæresi
„in Galliis præsertim serpentem ab le
„nocentio X. felicitis recordationis præ
„decessore nostro fere oppressam ad in
„star colubri tortuosi, cujus caput se
„tritum est, in varios gyros & Cavilla
„tionum deflexus euntem, singulari
„Constitutione ad hunc finem edita
„altero assumptionis nostræ anno ex
„tinguere conati fuimus, sed ut multo
„plices hostis hominum generis artes
„adhibet, nondum plene consequi po
„tuimus

„tuimus, ut omnes errantes in viam, sæc. XVII.
 „salutis redirent; qui tamen unicus e- A.C. 1665.
 „rat votorum, & curarum nostrarum
 „scopus, quibus operam & industriam
 „suam egregio sane studio venerabiles
 „fratres nostri Archiepiscopi Regni Gal-
 „liæ earumdem Constitutionum Apo-
 „stolicarum executioni præcipue intenti
 „contulerunt, & Charissimus in Christo
 „Filius Noster Rex Christianissimus, sin-
 „gulari pietate auxiliarem dextram
 „strenuo, ac constantissimo animo por-
 „rexit. Cum autem præfatus Rex
 „Christianissimus eodem Religionis Zelo
 „ductus per suum in urbe Oratorem no-
 „bis significari, exponique curaverit,
 „nullum aliud remedium opportunius
 „pestiferæ hujus contagionis reliquiis
 „extirpandis adhiberi posse, quam si
 „omnes certam formulam subscribe-
 „rent nostra Authoritate firmatam, in
 „qua quinque propositiones ex *Cornelii*
 „*Jansenii* libro, cui titulus, *Augustinus*,
 „excerptas sincere damnarent, ac pro-
 „inde illam a nobis quanto citius ex-
 „pediri, ad quælibet effugia præclu-
 „denda, omnesque removendos obten-
 „tus flagitaverit. Nos tam piis dicti
 „Regis Christianissimi votis benigne
 „annuendum esse ducentes, formulam
 „infra scriptam ab omnibus Ecclesia-
 „sticis etiam venerabilibus Fratribus
 „No-

Sæc. XVII. „Nostris Archiepiscopis, & Episcopis
A. C. 1665. „necnon aliis quibuscunque Ecclesi-
 „stici Ordinis, tam Regularibus, quam
 „sæcularibus, etiam Monialibus, Docto-
 „ribus, & Licentiatis, aliisque Colo-
 „giorum Rectoribus atque Magist-
 „subscribi districte mandamus, idque
 „intra tres menses a die publicationis
 „seu notificationis præsentium; ali-
 „contra eos, qui intra terminum præ-
 „tum non paruerint, irremissibiliter
 „procedi volumus juxta canonicas Con-
 „stitutiones, & Conciliorum decreta.

Formula a supradictis subscribenda

Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innocentii X. datæ die 31. Maji 1653. Constitutioni Alexandri VII. datæ 1. Octobris 1656, summorum Pontificum me subjicio, & quinque propositiones ex *Cornelii Jansenii* libro, cui nomen *Augustinus*, excerptas, & in sensu eodem Authore intento prout illas prædictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio, & damno, & ita juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

„Decernentes insuper præsentibus teras semper, & perpetuo validas, „efficaces existere, & fore, suosque „plenos & integros effectus sortiri.

„obtinere, sicque per quoscunque ju-
 „dices ordinarios & delegatos, ubique
 „judicari, & definiri debere, sublata
 „eis, & eorum cuilibet quavis aliter
 „judicandi & interpretandi facultate &
 „Authoritate; ac irritum, & inane
 „esse, si secus super his a quocunque
 „quavis Authoritate scienter, vel igno-
 „rante contigerit attentari. Quocirca
 „Venerabilibus Fratribus Archiepisco-
 „pis, & Episcopis, aliisque locorum
 „Ordinariis committimus, & manda-
 „mus, ut singuli in suis Diæcesibus,
 „ac locis suæ jurisdictioni subjectis præ-
 „sentes literas, & in eis contenta quæ-
 „cunque exequantur, & exequi ac ob-
 „servari ab omnibus curent, & inobe-
 „dientes quoscunque per sententias,
 „censuras, & poenas, aliaque juris &
 „facti remedia, appellatione postposita,
 „invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
 „brachii sæcularis auxilio, omnino
 „compellant.”

§. XLVIII.

*Franciæ Regis decretum de exequenda
 hac Pontificis Constitutione.*

Accepta hac Alexandri Pontificis Con-
 stitutione Ludovicus Franciæ Rex,
 ut illius executionem sua quoque au-
 thoritate urgeret, ipso die vigesima

*Argentrel. e.
 du Mas nist.
 de cinq.
 prop. l. 5.*

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

K se

Sæc. XVII. cunda Aprilis Parlamentum denuo
A. C. 1665. gressus, mentem suam circa prælati

Constitutionem declaravit, hancque
 declarationem ad acta referri præcepit.
 Erat autem Regii hujus decreti summa hæc: „Cum omnes subditos nostros
 „in rebus fidei & Religionis unitos esse
 „exoptemus, omnium novitatum, quibus
 „bus conscientiarum quies, Ecclesiæ
 „ac Regni tranquillitas perturbari possent,
 „set, progressibus obistere adstruamus,
 „mur, & erroribus fidei puritatem
 „nostris Majoribus acceptam violamus,
 „bus obicem ponere satagimus: eam
 „propter Pontificum decisiones ab Ecclesiis
 „receptas, quibus nova Jansenii sectæ
 „evertitur, nostra quoque auctoritas
 „firmare volumus, & ab primo nostro
 „hujus sectæ ortu usque ad nostram
 „declarationem anno priori factam,
 „ejus progressum sistamus, nil inter
 „tum reliquimus, & postquam regii
 „nostri Præsules post crebras consultationes
 „tationes fidei formulam ab omnibus
 „Ecclesiasticis signandam præscripserunt,
 „runt, ac nostræ auctoritatis opem implorant,
 „plorarunt, nos eandem per Regii
 „diploma, nobis præsentibus, ad Parlamentum
 „lamenti acta relatam approbavimus,
 „ejusque executionem præcepimus.
 „Verum quamvis, Deo nostris consilio
 „bus adspirante, nascentis hujus sectæ

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

„resis cursum tam prospero successu in-
 „hibuerimus, ut nonnisi exiguus super-
 „sit numerus eorum, qui per affecta-
 „tam cæcitatem, & excogitatas subti-
 „litates decisionibus unanimi Ecclesiæ
 „consensu receptis resistunt, nihilomi-
 „nus cum adhuc præcipui hujus factio-
 „nis Patroni adhuc dum suorum errorum
 „damnationem eludere conentur, &
 „sacræ Sedis Decisiones, Episcoporum
 „judicia, & Parisinæ Facultatis sen-
 „tentiam contemnentes formulæ a no-
 „stris Præsulibus conceptæ subscribere
 „recusent, operi tam proficuo, & ad
 „Religionis & Regni bonum adeo utili
 „ultimam manum admovere decrevi-
 „mus, & quamvis falsitas suorum effu-
 „giorum omnibus innotescat, & exco-
 „gitata eorum distinctio inter jus &
 „factum per luculentas Pontificum de-
 „clarationes, Cleri Gallicani authorita-
 „tem, & unanimem ferme omnium
 „Præsulum consensum penitus sit ever-
 „sa, & Pontifex suis ad Præsules literis &
 „refractoriorum reprehensione hanc
 „Præsulum formulam sat abunde ap-
 „probarit, cum tamen nondum horum
 „pertinacia frangi potuerit, hinc con-
 „sultum fore censuimus ut rursus ad
 „Caput Ecclesiæ recurramus, quate-
 „nus summus Pontifex suam auctorita-
 „tem cum illa horum Præsulum con-

K 2

„jungens

Sæc. XVII. „jungens illos ad subscribendum con
A.C. 1665. „pelleret. Annuit etiam Pontifex nostrum
 „desiderio, promulgata nupera Co
 „stitutione, quam unacum formula
 „annexa in nostro Senatu examinata
 „cum nihil Ecclesiæ Gallicanæ liber
 „tatibus, aut nostræ auctoritatis iur
 „bus contrarium contineat, ex plen
 „tudine nostræ potestatis in toto nos
 „Regno recipi, promulgari, & in
 „late observari præcipimus, & cunctis
 „Præsules hortamur, ut ab omnibus
 „Ecclesiasticis formulæ in præfata Co
 „stitutione contentæ, *absque ulla dila
 „tione, interpretatione aut restrictione*
 „recte vel indirecte Innocentii X.
 „Alexandri VII. derogante subscribi præ
 „cipiant, nosque de hujus mandati ex
 „cutione certiores faciant, declarantes
 „quod illi, qui in suis subscriptionibus
 „tali interpretatione usi fuerint, pen
 „nis in præfata Constitutione, & in
 „præsenti diplomate nostro contentis
 „obnoxii sint. Præcipimus etiam om
 „nibus Ecclesiasticis etiam Monialibus
 „ut insuperhabita quacunque exemptio
 „ne vel privilegio intra trimestre huius
 „formulæ subscribant: eapropter cum
 „ceteris hisce privilegiis derogamus, eo
 „quod ea, quæ fidei puritatem, & do
 „ctrinalium quæstionum decisiones
 „concernunt, declarandi auctoritas
 „nulli

„nullo privilegio Episcopis auferri va-
 „leat. Refractarii autem vel Episcopi
 „non subscribentes, vel subscriptionem
 „non urgentes juxta Constitutiones
 „Canonicas & Regni nostri leges, re-
 „mota omni appellandi facultate punian-
 „tur, eorum beneficia vacare decla-
 „rentur, & proventus eis eripiantur,
 „& ad omnia beneficia incapaces sint,
 „nisi prius subscripserint: Prohibemus
 „etiam, ne Jansenii liber vendatur vel
 „retineatur, nec in ejus defensionem
 „quicquam scribatur, vel typis edatur,
 „sub pœna hæreticorum fautoribus &
 „publicæ quietis perturbatoribus præ-
 „stituta, &c.

Sæc. XVII.
 A. C. 1665.

§. XLIX.

*Hoc idem decretum Regis jussu ad
 Parlamenti acta relatum.*

Quoniam vero Rex probe perspectum
 haberet, non paucos ex Parla-
 menti Senatoribus famosa distinctione
 juris & facti formulæ subscriptionem
 eluisse, hinc se præsentem non modo Re-
 gium hoc decretum, sed etiam nupe-
 ram Pontificis Constitutionem una-
 cum annexa formula prælegi, promul-
 gari, ad Parlamenti acta referri, &
 ab omnibus observari præcepit. Huic
 Regis mandato die vigesima nona Apri-
 lis

K 3

lis

Sæc. XVII. lis Parlamentum morem gessit, hoc
 A C. 1665. decretum ac Alexandri Papæ Con-
tutionem actis suis inseruit. Id ve-
 potius Regis reverentia, quam sine
 obtemperandi pronitate factum fuisse
 haud temere conjici potest, postquam
 enim Sorbona paulo ante die tertia
 februarii hanc propositionem: *Ad fidei
 pertinet inhæerere determinationi summi Pon-
 tificis in his, quæ sunt fidei & quæ spectant
 ad bonos mores, quia in hujusmodi rebus
 Ecclesia errare non potest*, tanquam
 fam & temerariam perstrinxit, hæc
 que censuram Parlamentum die vi-
 sima nona Julii approbavit, & Papæ
 esse fallibilem, necnon Conciliorum
 Decretis subjectum pluribus ostende-
 rat, ægre quis sibi persuadere po-
 rit, quod Parlamentum sincera fide
 credere & jurare voluerit, quinque
 propositiones ex Jansenii libro excerpsit
 in sensu ab eodem intento damnatæ
 esse, ex eo duntaxat capite, quia
 a duobus Pontificibus decisum fuit.
 Sub idem ferme tempus Parisiis
 ptum quoddam, in quo Robertus
 dis Apostolicæ Nuntius sibi Pontificis
 Delegati titulum apud Regem & Regi
 Ordines asseribat, publice Apparitione
 manibus laceratum est.

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

§. L.

*Quatuor Franciæ Episcoporum op-
positio contra formulæ sub-
scriptionem.*

Promulgato hoc Regis decreto Pere-
fixus Parisiensis Archiepiscopus die
decima tertia Maji edictum publici ju-
ris fecit, quo dogmata fide Divina
credi jussit, quoad facta vero non revelata
ab Ecclesia veram exigi submissionem edixit,
qua fideles sincera & integra fide Janse-
nianæ Doctrinæ in quinque propositionibus
condemnata acquiescerent, cum evidens sit,
quod sine eo subscriptio nil nisi mere illusio
Pontificiarum Constitutionum & Episco-
porum esset. Nondum igitur Perefixus
a priori sua sententia de fide humana
testimonio Ecclesiæ innixa recesserat,
in hoc etiam culpandus, quod contra
Alexandri VII. & Franciæ Regis inter-
dictum additione seu restrictione usus
fuerit, cum tamen ceteri Franciæ Præ-
sules simpliciter & sine distinctione in-
ter jus & factum, formulæ subscribi
mandassent, excepto Pavillonio Ale-
tensi Episcopo, qui die prima Junii suo
„mandato inseruit, quod duntaxat in
„veritatibus revelatis judicium nostrum
„in obsequium fidei captivare tenea-
„mur, ad cognoscendas autem reliquas

*P. Honore
Carme Ob-
serv. dogm.
sect. 3.
pag. 125.*

K 4

„veri-

Sæc. XVII. „veritates utpote non omnino neces-
A. C. 1665. „rias Deus nobis infallibilem auctorita-
 „tem non reliquerit, Ecclesia autem
 „quando judicat, an propositiones
 „sensus hæretici in aliquo libro con-
 „neantur, & an Author intendat se
 „sum hæreticum, duntaxat lumen
 „humano utatur, proin falli possit, quam-
 „vis haud liceat, sese contra ejus de-
 „cisiones judicio temerario opponere,
 „sed requiratur, ut in silentio illud
 „vereamur.,

Displicuit hæc interpretandi ratio
 ceteris Episcopis, qui apud Regem
 eo querebantur, vicissim quoque P.
 villonius apud Apostolicum Nuntium
 in lamenta prorupit, quod, quamvis
 in omnibus Sanctitati suæ obtemperare
 paratus esset, nihilominus non paucis
 ejus famæ derogare molirentur:

Insuper Nicolaus Choart Bellocensis
 Episcopus mandatum Aletense
 ad verbum die vigesima tertia Junii
 scripsit, & Henricus Arnaldus Angou-
 gavenfis Præsul eundem sensum in
 mandato adoptabat, ac denique Fran-
 ciscus Stephanus Caulet Apamiensis
 Episcopus die vigesima octava Maji
 distinctione inter jus & factum utebatur
 pari ferme tenore sese explicabat Ep-
 scopus Noviodunensis, quamvis in qua-
 dam epistola ad Senatum data asseruit

set, quod reverentiali submissione erga Sæc. XVII.
factum nequaquam omnem internam A. C. 1665.
judicii submissionem, sed duntaxat fi-
dei divinæ subjectionem excludere in-
tenderit. Verum Franciæ Rex horum
quatuor Episcoporum mandata tan-
quam Sedis Apostolicæ menti, & Re-
gio edicto contraria die vigesima Julii
irrita declarabat, eaque sacra Inquisi-
tionis Congregatio die octava Julii, &
biennio post die quinta Januarii in In-
dicem librorum prohibitorum retulit,
nihilominus hi quatuor Episcopi, ut
postea recensebimus, nonnisi anno hu-
jus sæculi sexagesimo nono a suo pro-
posito amoveri poterant, Jansenii fau-
toribus interim nulla habita Regii in-
terdicti ratione, passim virulenta scripta
adversus formulæ subscriptionem in
vulgus spargentibus.

§. LI.

*Quædam laxiores doctrinæ ab Ale-
xandro VII. Papa proscriptæ.*

Eo tempore, quo Jansenistæ rigidio-
rem morum doctrinam profiteri af-
fectabant, tum, aut illis contradicendi Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 1310.
studio, aut innata ad laxitates procli-
vitate ingenii, quamplurima prodire
opuscula, in quibus opiniones a sana
doctrina plurimum recedentes non sine
K 5 maxima

Sæc. XVII. maxima morum corruptela passim
A. C. 1665. pugnabantur: Ut ergo huic malo
 medium opponeretur, sacra Generalis
 Inquisitio Romana jussu Alexandri Pa-
 pæ VII. viginti octo ejusmodi propo-
 sitiones morum disciplinam evertere
 die vigesima quarta Septembris de-
 crevit: Hujus autem Decreti tenor es-
 sequens:

„Sanctissimus D. N. auditit non
 „magno sui animi dolore, complu-
 „opiniones Christianæ disciplinæ
 „laxativas, & animarum perniciem
 „ferentes, partim antiquatas ite-
 „fiscitari, partim noviter prodire;
 „summam illam luxuriantium inge-
 „rum licentiam in dies magis ex-
 „scere, per quam in rebus ad Consci-
 „tiam pertinentibus modus opinio-
 „irrepsit alienus omnino ab Evange-
 „simplicitate, sanctorumque Patrum
 „Doctrina, & quem si pro recta re-
 „fideles in praxi sequerentur, inge-
 „irreptura esset vitæ Christianæ
 „ruptela. Quare ne ullo unquam te-
 „pore viam salutis, quam suprema
 „ritas Deus, cujus verba in æternu-
 „permanent, arctam esse definivit,
 „animarum perniciem dilatarı,
 „verius perverti contingeret: Ideo
 „Sanctissimus D. N. ut oves sibi cre-
 „tas ab ejusmodi spatiosa, lataque,
 „qua-

„quam itur ad perditionem, via pro Sæc. XVII.
 „pastorali sollicitudine in rectam semi- A. C. 1665.
 „tam evocaret, earundem opinionum
 „examen pluribus in sacra Theologia
 „Magistris, & deinde Eminentissimis,
 „& Reverendissimis DD. Cardinalibus
 „contra hæreticam pravitatem genera-
 „libus inquisitoribus serio commisit:
 „qui tantum negotium strenue aggressi,
 „eique sedulo incumbentes, & mature
 „discussis usque ad hanc diem infra
 „scriptis propositionibus, super una-
 „quaque ipsarum sua suffragia sanctitati
 „sue sigillatim exposuerunt.

§. LII.

*Propositiones ab Alexandro VII.
 Papæ damnatæ.*

I. **H**omo nullo unquam vitæ suæ tem-
 pore tenetur elicere actum fidei,
 spei, & Charitatis, ex vi præceptorum
 divinorum ad eas virtutes pertinentium.

II. Vir equestris ad duellum provo-
 catus potest illud acceptare, ne timidi-
 tatis notam apud alios incurrat.

III. Sententia asserens, Bullam cæ-
 næ solum prohibere absolutionem hæ-
 resis, & aliorum criminum, quando
 publica sunt, & id non derogare Fa-
 cultati Tridentini, in qua de occultis
 criminibus sermo est, anno 1629.
 18. Julii

Sæc. XVII. 18. Julii in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinum
A. C. 1665. lium visa, & tolerata est.

IV. Prælati regulares possunt in foro Conscientiæ absolvere quoscunque regulares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursum.

V. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non tenetur denunciare, si probare non possis.

VI. Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit pœnitenti clementiam postea legendam, in qua ad verum incitat, non censetur sollicitas confessione, ac proinde non est denunciandus.

VII. Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitatus hic potest ipsum absolvere absque obligatione denunciandi.

VIII. Duplicatum stipendium potest sacerdos pro eadem missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebrationis correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

IX. Post decretum Urbani potest sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

X. N.

X. Non est contra iustitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

XI. Peccata in Confessione ommissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

XII. Mendicantes possunt absolvere a Casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum Facultate.

XIII. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.

XIV. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

XV. Pœnitens propria Autoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

XVI. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab ordinario.

XVII. Est licitum Religioso vel Clerico Calumniatorem, gravia crimina de se, vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defen-

Sæc. XVII. defendendi non suppetit, uti suppetit

A. C. 1665. non videtur, si Calumniator sit, par-

tus vel ipsi Religioso, vel ejus religio publicæ, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

XVIII. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam iudicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocentiam evitare.

XIX. Nec peccat maritus occidere propria autoritate uxorem in adulterio deprehensam.

XX. Restitutio a Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non habetur in Conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit poenitentia.

XXI. Habens Capellaniam collatam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio literarum vacare non potest, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.

XXII. Non est contra iustitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratia, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficiorum, sed veluti pro emolumento temporario, quod tibi conferre non tenebatur.

XXIII. Frangens jejunium Ecclesiasticum ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia.

hoc faciat, puta, quia non vult se sub-
jicere præcepto.

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

XXIV. Mollities, Sodomia, & be-
stialitas sunt peccata ejusdem speciei
infimæ, ideoque sufficit dicere in con-
fessione, se procurasse pollutionem.

XXV. Qui habuit copulam cum so-
luta, satisfacit Confessionis præcepto
dicens, commisi cum soluta grave pec-
catum contra castitatem, non expli-
cando copulam.

XXVI. Quando litigantes habent
pro se opiniones æque probabiles, potest
iudex pecuniam accipere pro ferenda
sententia in favorem unius præ alio.

XXVII. Si liber sit alicujus junioris
& moderni, debet opinio censerī pro-
babilis, dum non constet rejectam esse
a sede Apostolica tanquam improba-
bilem.

XXVIII. Populus non peccat, etiamsi
absque ulla causa non recipiat legem
a Principe promulgatam.

Damnatis hisce propositionibus S.
Congregatio suum decretum his verbis
concluit: „His peractis dum similium
„propositionum examini cura & studium
„impenditur, interea idem Sanctissimus
„re mature considerata statuit, & de-
„crevit, prædictas propositiones, &
„unamquamque ipsarum, ut minimum
„tanquam scandalosas esse damnandas,
„&

Sæc. XVII., & prohibendas, sicut eas damnat
A. C. 1665., prohibet, ita, ut quicumque illas
 „conjunctim aut divisim docuerit, de-
 „fenderit, ediderit, aut de ejus etia
 „disputative publice aut privatim tr
 „ctaverit, nisi forsan impugnando, in
 „facto incidat in excommunicationes
 „a qua non possit (præterquam in A
 „ticulo mortis) ab alio, quacumq
 „etiam Dignitate fulgente, nisi a
 „tempore existente Romano Pontifici
 „absolvi. Insuper districte in virtut
 „sanctæ obedientiæ, & sub intermin
 „tione divini judicii prohibet omni
 „Christi fidelibus, cujuscunque con
 „tionis, Dignitatis, ac status, etia
 „speciali & specialissima nota dig
 „ne prædictas opiniones, aut aliqua
 „ipsarum ad praxim deducant.,

Anno autem sequenti die decem
 octava Martii eadem S. Congregatio
 summi Pontificis mandato has quatuor
 septendecim propositiones proscripsit
 I. In die jejunii, qui sæpius moriturus
 cum quid comedit, etsi notabilem quan-
 titatem in fine comederit, non fra-
 git jejunium.

II. Omnes officiales, qui in
 publica corporaliter laborant, sunt ex-
 cusati ab obligatione jejunii, nec de-
 bent se certificare, an labor sit compen-
 sabilis cum jejunio.

III. Et

III. Excusantur absolute a præcepto **Sæc. XVII.**
 jejunii omnes illi, qui iter agunt equi- **A. C. 1665.**
 tando, utcumque iter agant, etiam si
 iter necessarium non sit, & etiam si iter
 unius Diei conficiant.

IV. Non est evidens, quod consue-
 tudo non comedendi ova, & lacticinia
 in quadragesima obliget.

V. Restitutio fructuum ob omissio-
 nem horarum suppleri potest per quas-
 cunque eleemosynas, quas antea Be-
 neficiarius de fructibus sui Beneficii
 fecerit.

VI. In die palmarum recitans offi-
 cium pascale satisfacit præcepto.

VII. Unico officio potest quis satis-
 facere duplici præcepto pro die præ-
 senti, & crastino.

VIII. Regulares possunt in foro Con-
 scientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt
 expresse revocata per Concilium Tri-
 dentinum.

IX. Indulgentiæ concessæ Regulari-
 bus, & revocatæ a Paulo V. hodie
 sunt revalidatæ.

X. Mandatum Tridentini factum Sa-
 cerdoti sacrificanti ex necessitate cum
 peccato mortali, confitendi quamprimum,
 est consilium, non præceptum.

XI. Illa particula, *quamprimum*, in-
 telligitur, cum Sacerdos suo tempore
 confitebitur.

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

L XII.

Sæc. XVII. XII. Est probabilis opinio, quæ dicitur
A. C. 1665. esse tantum veniale, osculum habitum
 ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, seculi periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

XIII. Non est obligandus concubinarium ad ejiciendam concubinam, hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinari, vulgo, *regalo*, dum deficiente illo nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficile inveniretur.

XIV. Licitum est mutuanti aliqui ultra sortem exigere, si se obliget non repetendam sortem usque ad certum tempus.

XV. Annuum legatum pro anima relictum, non durat plusquam per decem annos.

XVI. Quoad forum conscientiae, et correctio, ejusque contumacia cessante cessant censuræ.

XVII. Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Postea sacra Congregatio hæc subiunxit: „His mature pensatis idem sacrosanctissimus statuit, ac decrevit prædictas propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosam, loquar

„lofas esse damnandas, & prohiben- Sæc. XVII.
 „das, sicut eas damnat ac prohibet. A.C. 1665.
 „Ita, ut quicumque illas aut conjun-
 „ctim, aut divisim docuerit, defende-
 „rit, ediderit, aut de eis etiam dispu-
 „tative, publice, aut privatim tracta-
 „verit, nisi forsan impugnando, ipso
 „facto incidat in excommunicationem,
 „a qua non possit (præterquam in ar-
 „ticulo mortis) ab alio, quacunque e-
 „tiam Dignitate fulgente, nisi a pro-
 „tempore existente Romano Pontifice
 „absolvi. Insuper districte in virtute
 „sanctæ Obedientiæ, & sub intermina-
 „tione divini judicii prohibet omnibus
 „Christi fidelibus, cujuscunque condi-
 „tionis, dignitatis, ac status, etiam
 „speciali & specialissima nota dignis,
 „ne prædictas opiniones, aut aliquam
 „ipsarum ad praxim deducant.”

§. LIII.

*Censura Facultatis Theologicæ Picta-
 viensis contra Probabilitatem.*

Hoc item anno ad vigesimam primam *Acta Cleri*
 Junii diem Pictavii solemniter indi- *Gall. tom. I.*
 cebatur disputatio in Sammarthano Je- *pag. 130.*
 suitarum Collegio habenda; cum au-
 tem inter alias theses etiam probabili-
 tatis usus fuisset stabilitus, mox Fa-
 cultatis Theologicæ Syndicus rem ad

Sæc. XVII. Pictaviensem Universitatem detulit
A. C. 1665. quæ in FF. Prædicatorum Conventu

congregata mature examinatis propositionibus hanc pronuntiavit censuram
„Quantum hisce novissimis temporibus
„Ecclesiæ nocuerit effrænis in moribus
„doctrina scribendi, & opinandi recentiorum
„licentia, jam pridem agnoverunt prudentes, & cordati viri. Gra-
„santi huic malo occurrere non semper
„conati sunt tum Illustrissimi Ecclesiæ
„Gallicanæ Principes, tum celebres tum
„orbe Academiæ, tum denique ipse
„summus Pontifex Alexander VII. dum
„nato juniorum illorum scriptorum
„bello apologetico. Nec tamen tot
„minibus attrita est insatiata illa con-
„mentandi libido, imo indies cre-
„& ab in exhausto vagæ probabilitatis
„suarum penu nova semper proferre
„latur. Hæc est illa siquidem pen-
„ciosa tot errorum scaturigo, hæc
„dix, hæc officina, dum cæco quod-
„dam impetu, non quod æternæ legi
„consonum est, tenetur, sed quod plu-
„ribus, imo vel unico recentiori scrip-
„ptori sub aliqua probabilitatis luce
„fulserit. Hinc necesse est (ait O-
„prianus) ut qui Deum timemus, cum
„omni observatione divina præcepta
„teneamus, nec patiamur, errare
„tres nostros, & pro arbitrio, & fructu

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

„suo vivere, sed ad vitam singulis con-
 „sulere. Quapropter cum die vigesima
 „mensis Junii anno Domini millesimo,
 „sexcentesimo sexagesimo quinto, ho-
 „norandus Magister noster Helias Ma-
 „ret nostræ Facultatis Doctor & Syn-
 „dicus, ad dictam nostram Faculta-
 „tem Theses detulerit, a plurimis col-
 „legii Sammarthani Societatis Jesu in
 „philosophia discipulis propugnandas,
 „& Rectori magnifico, totique Aca-
 „demicorum cætui dicatas; in iisque
 „monuerit contineri aliqua sanæ do-
 „ctrinæ contraria, dicta nostra Facul-
 „tas, ne illa suffragio suo comprobare
 „videatur, has Theses duobus Docto-
 „ribus examinandas commisit, quibus
 „dicta die auditis, & re tota in deli-
 „berationem frequenti collegio adducta,
 „Apostoli dicto audiens, omnia pro-
 „bate, quod bonum est, tenete, ab omni
 „specie mali abstinete vos, sic de sub-
 „jecta propositione in prædictis thesi-
 „bus contenta censuit &c.

Sequenti die Universitas Pictavien-
 sis sequens decretum ab omnibus Theo-
 logiæ Doctoribus subscriptum edidit:
 „Hac die vigesima secunda Mensis Ju-
 „nii anno Domini millesimo sexcentesi-
 „mo sexagesimo quinto convocatis ex
 „parte Domini Rectoris, omnibus Do-
 „ctoribus celeberrimæ universitatis Pi-

Sæc. XVII. „staviensis, & officiariis ejusdem, ha
A. C. 1665. „bita fuit congregatio in conventu fra-
 „trum Prædicatorum loco & more so-
 „litis, cui interfuerunt Doctores om-
 „nium facultatum infra scripti rogati
 „a Domino Rectore suffragia sua pro-
 „ponere, & referre super decreto sta-
 „tuta sacra Facultate Theologiæ, in
 „per propositione contenta in ultima
 „positione primæ columnæ Thesum de
 „Ethico-Logica propositarum nominum
 „Collegii Societatis Jesu, & dicatarum
 „huic- ce Academiæ. quæ sic se habet
 „Agendi regula proxima Conscientia
 „probabilem sequi tuto licet, etiam proba-
 „biliore posthabita; quod quidem Decre-
 „tum lectum & propositum fuit a
 „pientissimo Domino Helia Maret Do-
 „ctore & Syndico dictæ Facultatis,
 „ab omnibus Doctoribus unanimi con-
 „sensu approbatum, & acceptum, in-
 „stitutumque, ne Patres Societatis Jesu
 „actum hodierna die habendum con-
 „lebrent sub poena privationis suffra-
 „giorum & ingressus Academiæ: quod
 „decretum illis intimabitur, & præ-
 „terea prohibetur omnibus & singulis
 „Doctoribus, & officiariis tam præ-
 „sentibus, quam absentibus, quibus
 „significabitur, ne intersint huic dicto
 „actui habendo. Et ad præsens De-
 „cretum excipiendum commissus est
 „Rectori

„Renatus de la Haye Bidellus gene-Sæc. XVII.
 „ralis Facultatis artium loco Domini A. C. 1665.
 „Souffant scribæ generalis nunc absen-
 „tis, cui mandamus præsens decretum
 „inscribere libro communi scribatus Ge-
 „neralis Academiæ.,

Hanc tamen Universitatis censuram nonnulli acriter impugnabant, editis libellis, & præcipue quadam epistola, cui titulus: *Responsio Christiana & Theologica*, cujus Author Syndicum vocat professione, electione & conscientia idiotam, asseritque Pictaviensem censuram esse omnino consonam censuræ a Franciæ Præsulibus contra Apologiam Casuistarum pronuntiatae, illamque ex privata quorundam Censorum dissensione cum Jesuitis ortum habuisse. Verum hæc epistola erudito prorsus calamo a quodam Theologo die prima Martii anno sequenti fuit confutata (*). Nihilominus directore P. Gaudino S. J. adversus Pictaviensem Facultatem duo libelli Lemovici apud Barbonum Collegii typographum excusi vulgabantur.

L 4

§. LIV.

(*) Lettre d'un Theologien pour servir de
 replique a un second libelle publié par les
 Jesuites sous le titre de *response Chrétienne
 & Theologique &c.* contre la censure faite
 de leur doctrine de la Probabilité.

Sæc. XVII.

A. C. 1665.

§. LIV.

*Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis censura contra propositiones de Purgatorio.**Argentre
Coll. Jud.*

t. 3. p. 133.

Habebat insuper Michael Bourdallius Magister disputationem, in cuius septima appendice has Theses exposuit: Indubitata fide credendum est, peccata venialia, & graviorum criminum reliquias post mortem expiari, plurimasque spiritus defunctorum nostris juvari suffragiis: Cætera, quæ de purgatorio disputantur, non perinde certa sunt: locum ego nullum quæro; quippe nullo opus animis mole carentibus: quales pænæ sunt ignis ustulantis, an caliginis, & turbini nemini certum esse potest, imo sintne ullæ omnino pænæ sensus, ante diem Domini non est admodum certum; ausi sunt quidam Theologi, pænis illis terminum figere, unde, & quibus id assequuntur conjecturæ: certe ante extremam mundi conflagrationem finem habituras, non evincunt Machabæorum & Pauli loca: gloriæ, quæ differtur, vehementius desiderium, mirum in modum cruciat, sed nihil ad damnatorum desperationem: qui purgantur, neque peccari, neque mereri posse, mihi certum est, neque videtur ambigendum, quin securi gloriæ præstolentur.

Adver

Adversus has propositiones Anto-
 nius Breda Facultatis Theologicæ Syn-
 dicus die prima Augusti vehementer

Sæc. XVII.
 A.C. 1665.

declamabat, quocirca Facultas quos-
 dam selegit Doctores, qui has Theses
 examinarent: Hi ergo habitis inter se
 crebris consultationibus die prima Se-
 ptembris has propositiones in sensu Ca-
 tholico explicarunt, addentes, se qui-
 dem in verbis prædictæ Theseos ita ex-
 plicatis nihil invenire, quod sanæ do-
 ctrinæ repugnaret; verum ut omnis
 scrupulus eximeretur, æquum existi-
 masse, ut circa prædictas Magister
 Michael Bourdaille audiretur, men-
 temque suam ac totam rationem tuen-
 dæ Theseos coram deputatis exponeret.

Eapropter Facultas Bourdaillium
 adesse iussit, eidem injungens, ut de
 singulis suis propositionibus mentem
 suam exponeret. Hic autem singulas
 juxta Deputatorum interpretationem
 explicans, subjunxit, non dubitare se,
 quin sit locus Purgatorii, in quo ani-
 mæ detentæ crucientur; quantum vero
 ad poenas sensus, tametsi dixerit, sint-
 ne ullæ omnino ante diem Domini, non
 esse admodum certum, id revera de
 iis tantum poenis intellexisse, quæ sint
 inflicte ab agente corporeo; cæterum
 non negare, imo nec dubitare, quin
 juxta probatissimam receptissimamque

L 5

sen-

Sæc. XVII. A. C. 1665. sententiam quædam poenæ agnoscende
sint aliunde provenientes, quam et
carentia visionis beatificæ; quo etiam
modo plures Theologi poenas sensus
sumunt: Certo credere se, fidelium
animas in purgatorio detentas Ecclesie
precibus, ac sacrificiis juvari, ut citius
liberentur, easque statim a purgatione
sua, etiam ante diem Domini Dei visione
fruituras.

Percepta igitur hac explicatione Facultas hanc Thesin juxta declarationem
ab hoc Magistro factam ab omni censura
immunem esse, die decima Septembris
pronuntiavit.

§. LV.

*P. Dominicus Ottomannus Parisiensis
perbenigne exceptus.*

*Vid. supra
l. 201. §. 53.
l. 61. p. 153.
Nan. Hist.
Venet. l. 1.
tom. 2.*

Jam anno hujus sæculi quadragesimo
quarto, uti recensuimus, Melitenses
Equites Turcicam classem, quæ
Zambul Aga cum tota sua familia Me-
cham peregrinaturus vehebatur, adortus
inter alios nobiles Turcas etiam quam-
dam foeminam unacum quadrienni
puero captam abstraxere: Hic primo-
genitus Ibrahimi Turcarum Imperato-
ris Filius, & Mahometis Frater, foemi-
na vero ipsa Sultana ejus Mater crede-
batur, quod tamen Nannius ad fabulas
reji-

rejecit, eoquod nec unquam Turcarum Sæc. XVII.
 Imperator de hac rapina questus esset, A. C. 1665.
 nec aliunde Sultana, vel earum filii
 sine valido satellitio, atque exercitu
 maritimum iter aggredi permittantur:
 Utut autem res se habuerit, id om-
 nino certum est, quod hic puer infide
 Catholica a Melitenfibus enutritus,
 adolescens sacrum Fratrum Prædica-
 torum institutum professus sit, vulgo
 Dominicus Ottomannus dictus: Hic
 ergo a Rege & Regina Parisiis hoc an-
 no honorifice exceptus, aliquamdiu
 ibidem substitit, ab omnibus ob vir-
 tutum merita maximo in honore
 habitus.

§. LVI.

*Edicta adversus Hugonottas in
Galliis.*

Postquam Hugonottæ in Francia no-
 vissimo bello repressi sunt, aliquam-
 diu quieti atque obsequiosi in Regno
 substiterant, non quod illis sectæ suæ
 congenita alienum imperium excutiendi
 voluntas defuerit, sed quia eorum po-
 testatem adversa belli fortuna exarma-
 verat: ubi vero Ludovico XIV. adhuc
 minorenni bellum civile in Galliis exor-
 tum compererant, in turbido piscandum
 rati, urbes & arces novis propugna-
 oulis

*Calmet Hist.
 Univ. l. 154.
 tom. 17.*

Sæc. XVII. culis munire, Templâ pro suo arbitrio

A. C. 1665 erigere, variisque modis Edicti Nanne-

tensis privilegia extendere præsumpserunt: Hæc molimina nuperæ seditioni Regno tam feralis memoriam refricebant, quocirca Rex adultior factus, cum sibi probe persuasum haberet, religionis diversitatem, & præprimis Calvinianæ sectæ indolem Regno perniciosissimam esse, & ad independentem dominatum tendere, necnon Hugonotæ Regiæ gloriæ & Majestatis occultis quidem, insensissimos tamen hostes exterorum ope vasta Regis consilia everfuros timeret, hinc eorum potentiam pro conservanda Regni sui securitate reprimere statuit: Fertur quoque, quod Anna Regina ejus Mater sæpius & quidem moriens in postrema adhortatione Filium suum ad extirpandam hanc sectam concitarit, & Ecclesiastici, necnon Aulici non raro eidem ob oculos posuerint, quod nunquam magnum aliquid contra Franciæ hostes exequi posset, nisi prius ibidem Hugonotæ merito pertimescendi hostes domestici fuerint domiti & subjugati. Postquam igitur Rex proprio experimento Montalbensium Calvinistarum ausus, crebrasque eorum violationes Edicti Nannezensis edoctus erat, hoc anno præcepit, ut intra octiduum comprobarent, quo

quo jure suæ sectæ exercitio potirentur, & cæmeteria, Tempia, Collegia & Scholas erexerint. Hunc in finem Sæc. XVII.
A.C. 1665. regiones nominabat Deputatos, qui præ-
tensa hæc Calvinistarum jura novo sub-
jicerent examini, & ubicunque hi ju-
ris sui possessionem ac titulum vindic-
care non possent, eorum templa ever-
terent, eisque sectæ suæ usum adime-
rent. Deputabat insuper Rex alios,
qui Calvinistarum partes tuerentur,
ne æquitatis limites sub adulterino re-
ligionis Zelo excederentur. Die etiam
trigesima Januarii Rex promulgato e-
dicto decretum anno priori die tertia
Novembris conditum innovavit, vi cu-
jus pueris, quatuordecim, puellis vero
duodecim annos natis libertas conce-
datur, aut ad suos Parentes, ut ab eis
educantur & alantur, revertendi, vel
ab eis portionem suis facultatibus con-
gruam exigendi: inde vero factum, ut
& plures infantes, qui ultro sese ad su-
scipienda religionis Catholicæ sacra of-
ferebant, reciperentur, nec amplius
eorum Parentibus redderentur, quibus
tamen illos vi eripere Rex inhibuit, ac
violenter abstractos restitui præcepit:
alio autem edicto die duodecima Maji
statuit, ut deinceps Parochis non esset
permissum, infirmos Calvinistas passim
accedere, atque ab eis, in quam reli-

Sæc. XVII. religione mori vellent, deposcere, sed
A. C. 1665. prius Judex aut Consul, id ab ægri-
 peteret, acceptoque reponso tunc pri-
 mum Parochus accederet. Plura ad-
 huc alia edicta hoc anno contra
 Hugonottas fuere promulgata, quibus
 eorum audacia repressa, numerus im-
 minutus & privilegiorum, quæ armata
 vi, & seditionis ope extorserant, ex-
 cessus fuit restrictus.

§. LVII.

*Monasteriensis Episcopi bellum contra
Batavos.*

Newville!
Hist. d'Holl.
t. 2. c. 3.
pag. 140.
Tuldr. Hist.
Decen. l. 3.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 28.

Sedato Monasteriensis urbis tumultu
 Christophorus Bernardus de Gallen
 hujus loci Episcopus graviter collide-
 batur cum Batavis; cum enim mortuo
 improli Justo Comite de Bronchstorff
 Borkeloa Zutphanienfis Comitatus di-
 ctio, utpote feudum masculinum ad
 Monasteriensem Episcopatum devolve-
 retur, eam Episcopus Imperialis Ca-
 riæ Spirensis sententia fretus, occu-
 pavit, missoque Hagam Comitum De-
 cano a Foederatis Ordinibus hujus di-
 ctionis possessionem sibi asseri petiit. Opi-
 tulabatur etiam Episcopo Galliarum
 Rex, qui causæ hujus æquitatem per
 suum Legatum Belgis impense com-
 mendabat: incassum tamen omnia; vanis
 enim

enim pollicitationibus & verbis Geldriæ Sæc. XVII.
Ordines Episcopum sua spe frustrabant. A. C. 1665.

Accessit postea veteri huic simultati novum dissidii argumentum: cum enim Frisiæ Orientalis Princeps æs alienum, quod Liechtensteinio Duci debebat, ex Judicii Aulici sententia solvere compelleretur, hujusque mandati executio Westphaliæ Principibus demandata esset, Episcopus, qui Westphali circuli Director erat, ex mutua utriusque Principis conventionem se pecunias Liechtensteinio numeraturum sponndit, ea tamen lege, ut in debiti securitatem Comes Episcopo Eyderum castrum cederet. Verum Batavi, cum hujus Episcopi ad thiam & galeam æque prompti vicinitatem sibi exosam haberent, Frisiæ Principem ab hoc consilio avertunt, huncque in finem pecuniæ Liechtensteinio persolvendæ terminum eidem præfigunt, polliciti, si Comes morosus fuerit, se nullo pacto demandatæ executioni obstituros: promissis tamen animosiores erant Batavi, quam factis; quamprimum enim Episcopus solutione præstituto termino nondum facta, Eyderum suo præsidio firmaverat, mox illi cum quinque armatorum millibus, ductore Guilielmo Friderico Nassoviæ Comite, ac Frisiæ Gubernatore, Eyderum arcem obsederunt,

Sæc. XVII. runt, occupatisque pluribus Monasteri-
 A. C. 1665 riensis Diæcesis urbibus totam circum-

regionem terrore ac strage repleverunt. His angustiis pressus Episcopus litem componere, arcemque reddere spopondit, dummodo Comes debito suo, ut pollicitus erat, satisfactorius esset: Tatantum aberat, ut Batavi tam honesta conditioni aures præberent, ut etiam Comitem instigarent, quatenus arcem obsideret, quam etiam die quarta Junideditioe sibi subjicerat, atque a Monasteriensibus quindecies centum flororum millia postulabat. Sub idem tempus bellum Anglos inter & Hollandos ob navigationem ad Guinææ oram exortum flagrabat, cum autem Eboracensis Dux Caroli II. Anglorum Regis Frater Batavicam classem contemneret, Franciæ Rex Hollandis sex armatorum millia suppetias, Ductore Brodellio misit, Anglus vero Monasteriensem Episcopum, ut Batavos maritimo bello implicitos armis premeret, sollicitavit: Hic igitur opportune hactemporis vicissitudine usus, collecto viginti millium exercitu bellum Batavis Mense Septembri denuntiavit, ac prospero armorum successu plures Transisalanæ Provinciæ urbes cepit, continuatoque victoriarum cursu in Transmosanas regiones & Gröninganas terras

terras excurrrens, incolis acerbas pe- Sæc. XVII.
 cuniarum multas imposuit: Interea A. C. 1665.
 vero Mauritius Nassoviæ Princeps Gal-
 lico milite auctus, Episcopales copias
 ex nonnullis urbibus denuo ejecit, ca-
 ptisque mille Monasteriensibus sexcen-
 tos ingenti clade protrivit. Episcopus
 autem publico proclamate damna sibi
 in bello ante biennium moto illata re-
 sarciri, necnon Eyderum & Boskeloam
 arces sibi inique ereptas restitui, a Ba-
 tavis petiit, exponens, quod sine ulla
 causa ejus Diæcesin ferro flammaque
 devastarint, Nobiles tributis exhau-
 serint, & rusticos adeo male habuerint,
 ut trucidatos etiam inhumana crude-
 litate ignibus succensis torrere, Eccle-
 sias contaminare, & quicquid sanctum,
 sacrumque erat, pedibus conculcare,
 sacras Imagines, imo ipsam quoque
 Christi Cruci affixi effigiem ipsis etiam
 Turcis venerandam confringere, hor-
 rendasque in S. Hostiam, Deumque
 blasphemias evomere, & Catholicos
 ignominiosis convitiis impetere non ab-
 horruerint: Verum ad hæc Batavi Gal-
 lico auxilio freti surdas habebant au-
 res; paulopost tamen Imperator, nec-
 non Colonienſis, Saxonicus & Brande-
 burgicus Electores, alique Principes
 pacem inter Belligerantes Cliviæ con-
 ciliare nitebantur, quorum etiam opera

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

M

die

Sæc. XVII. die decimo octavo Aprilis conventum
A. C. 1665. est, ut Episcopus juri suo in utramque
 arcem cederet, redditisque urbibus
 hucusque occupatis, & captivis utrius-
 que sine lytro dimissis, milites suos
 exauctoraret, ac se nunquam adversus
 Rempublicam bellaturum pollicere-
 tur, vicissim vero Belgæ spondebant
 se copias suas ex Episcopi ditione ab-
 ducturos, nilque hostile contra eum
 machinatos, omnique foederi renun-
 tiaturos. Hunc denique exitum ha-
 buit hoc bellum utrique parti funestum
 cujus æquitatem ab armorum successu
 metiri haud licet, felicitatem vero ab
 hostium præpotentia ac numero fuisse
 partam, negari non potest.

§. LVIII.

*Pax Cæsarem inter & Turcas Po-
 sonii firmata.*

*Priorat.
 Hist. Leop.
 p. 2. l. 5.
 Tuld. Hist.
 Hung. l. 1.
 tom. 3.*

Cæsis apud S. Gothardum Turcis so-
 premus Vezirius missis ad omnes
 Ottomanni Imperii Provincias legatis
 nova militum supplementa submitti pe-
 tiit, per Styriam in interiora Austriae
 ditionis penetraturus: interim Such-
 sius Marecallus Parkanum unacum
 ponte navali incendit, fugatis plus
 quam mille sexcentis hostibus: inca-
 sum tamen Rudolphus Neosolium oc-
 cupat

cupare tentabat; Turcæ enim hanc Sæc. XVII.
urbem recenti milite & annona abunde A. C. 1665.
refecerunt, suumque exercitum ad Ni-
triæ oram longius explicarunt, inde
vicinos pagos ferro flammaque deva-
stantes: postquam vero Vezirius Wir-
tenbergicum Ducem ex Imperio cum
octo millium exercitu adventasse com-
pererat, cum Reninghero Cæsareo
apud Vezirium Oratore de pace agere
cæperat. Hic tamen victricium armo-
rum cursum hostibus morbo, clade,
ac annonæ parcite pene confectis
haud interrompendum ratus, rem ad
bellicum Senatū retulit; mox igitur
Cæsar habito consilio cum suis Ministris
Portia & Auerspergio clam Reninghero
cum Vezirio negotiandi copiam fecit;
unde die decima Augusti in Turcarum
castris juxta Pagum Vasnar vicennales
armorum induciæ stabilitæ, paxque,
donec Cæsaris consensus accederet,
interim his conditionibus inita est:

I. Ut Præfidiis Cæsarianis munitæ
civitates Transylvaniæ & arces Prin-
cipi ac statibus restituantur: copiæ vero
utrinque uno eodemque tempore prius
educantur: ut memorata Transylva-
niæ, ceteraque omnia loca statu tran-
quillo perfruantur, sublato e vivis Prin-
cipe libera ejus electio sit penes status,

M 2

iisdem-

Sæc. XVII. iisdemque libertate pristina & jure un-
A. C. 1665. de quaque gaudere liceat.

II. De Zatmariensi, Szabol-
zeni, aliisque S. C. Majestatis in Un-
garia sitis comitatibus & Provinciis,
earumque statibus & subditis, urbibus,
arcibus, oppidis, & pagis, prout veteri
Cæsareæ jurisdictioni subfuere, nullo
prorsus modo & prætextu a Turcis,
Transylvanis, eorumque Principe, aut
quovis alio, exactiones ullæ & tributa
posthæc exigantur.

III. S. C. Majestati liberum sit
& arbitrium ad majorem provinciarum
securitatem, more hactenus in
aliis confiniis observato, Zatmariam,
Szaboliam, Coloniam, aliasque civi-
tates & arces in præfatis comitatibus
communire: nulli vero exercitus sub-
ducibus ullis, quod & in Turcicis &
Transylvanis Provinciis cavendum est,
introducantur: arx tamen Zechelhe-
densis ad præcavendam in utrisque con-
finiis hostilitatem, unacum propugna-
culis omnibus, & muris solo æquetur.

IV. Ragotzi & Kemeni Janos
filiis, aliisque in Hungaria superiore,
cum quibusvis auxiliaribus copiis in-
gressus in Transylvaniam, & novorum
inibi motuum molimina inhiuantur,
quod Turcis pariter & Transylvanis,
erga S. C. Majestatis status observan-
dum incumbit.

V. Nullis utriusque partis hosti-
bus, aliisve pravis hominibus perfu-
gium aliquod indulgeatur. Sæc. XVII.
A. C. 1665.

VI. Ut Fortalitium hoc belli tem-
pore prope Canisiam exstructum, a ne-
mine reædificetur, nec præsidario mi-
lite muniatur.

VII. Unius aut alterius partis af-
fectis, in hoc Transylvaniæ bellique
turbine bona sua, jurisdictiones, & ho-
nores restituantur, nec ulterius idcirco
aggraventur: suis vicissim Principibus,
damnum nullum atque inquietudinem
allaturi obsequantur.

VIII. Sacræ Cæsareæ Majestati
in confiniorum defensionem cis Guttam
moliri castrum vel arcem liceat.

IX. Hostilitates posthac, & depo-
pulationes nullæ utrinque exerceantur:
graviter in eos, qui secus fecerint,
animadvertatur: miles undequaque
contineatur, abductisque ex Ungariæ
Transylvaniæque confinis cohortibus,
nullus ultra reditus pateat, afflicti ut
populi quieta ac stabili, pace per-
fruantur.

X. Pro majori servandæ pacis certi-
tudine fœdus hoc omnino viginti annos
complectetur, & quatuor spatium mensium
per Legatos Eximios apertumque di-
ploma ad commune omnium solatium
confirmabitur, Romanorum vero Im-

Sæc. XVII. peratoris Legatus amicitiae gratia li-
A. C. 1665. berum 200,000. florenorum donum af-
 ferat: e porta vero Ottomanica munus
 condecens submittatur: deinde loco
 & modo prius usitato Oratorum transi-
 tus fiat; cæterum, nisi a præsentibus
 aperte aliquid mutatum, aut sublatum
 fuerit, hoc pacis instrumentum in vi-
 gore suo ac robore persistet: quod la-
 tina, turcicaque lingua erectum, atque
 a memoratis plenipotentariis subscrip-
 tum consignatumque, facta utrimque
 solida permutatione, latinum Turca-
 rum, Turcicum Romanorum Impera-
 tori transmittatur.

Præter hosce articulos etiam circa
 religionem conventum est, ut *Transilva-*
nia eum in statum tam in profanis, quam
sacris, quo ante triginta annos sub Ro-
gotso seniore fuerat, restitatur. Verum
 Turcæ hunc articulum postea non ad-
 implevere, nec etiam, uti in deditione
 arcis Varadinensis promiserant, im-
 sitam summam remittere, annuumque
 tributum imminuere voluerunt; Turcæ
 enim pro more suo fidem, quamdiu
 eis commodum videtur, servant.

Hæ conditiones die vigesima sexta
 Septembris Temesvariae fuerunt sub-
 scriptæ non sine indignatione Gallia-
 rum Regis, eoquod eo inconsulto hæc
 pax fuisset inita; acerbius adhuc de
 super

super querebantur Hungari, qui Neofolium a Regno suo abstrahi, pacemque se inficiis, violatisque privilegiis concludi indignantes, pro more suo prædatum excurrerant, ac obvios quosque tam Turcas quam Cæsareos adoriebantur: tandem Hungariæ Proceres sævis Turcarum excursionibus, rapinis, cædibus & incendiis territi, Possonii conclusæ paci subscribere, postquam inter utramque partem conventum, ne arx Zeichelheida solo æquaretur, integrumque esset Cæsari, Guttam, Commoram minorem, aliaque loca munimentis firmare: nihilominus præfata arx die decima nona Januarii hoc adhuc anno diruta est.

Sæc. XVII.
A. C. 1665.

§. LIX.

*Philippi IV. Hispaniarum Regis, &
Sigismundi Austriæ Archiducis
Oenipontani necnon Mantuæ Ducis obitus.*

Recuperatæ pacis lætitiâ haud parum turbabat Philippi IV. Hispaniarum Regis obitus: Hic die duodecima Septembris periculosa febre obrutus, cum extenuatæ vires postremam mortis horam præfagirent, expiata conscientia, sacro Viatico, ac extrema unctione muniri petiit, filioque suo

Priorat
l. c. l. 6.
Hode Hist.
Louis XIV.
lib. 28.
Brandeis
fama Au-
striac. p. 343.
Nani Hist.
Venet. t. 2.

M 4

bene

Sæc. XVII. bene precatus, Reginæ Conjugi justitiæ administrationem, filiiq[ue] educationem impense commendavit: aucta demum morbi violentia, ac linquente vitali calore, contentiosius, laboriosiusque meatum animæ trahere cæpit, sibi tamen semper præsentissimus inter luculenta pietatis ac pœnitudinis signa tandem die decima septima ejusdem Mensis animam suam Deo reddidit, annos quinquaginta novem, menses quinque, & novendecim dies natus: Princeps erat inter tot bella, & subditorum rebelliones, animo intrepidus, ac constans, suimet victor, ac nunquam immoderato iræ impetu, vel cæco ultionis desiderio, aut illicita ambitione devictus: Eminuit religionis Catholicæ studio, & virtutum cultu, munificus erga benemeritos, liberalis in pauperes, ac denique erga noxios justitiæ severitatem clementia temperare assuetus: Referunt nonnulli, magni hujus Regis mortem fuisse acceleratam male actæ juventutis vitiis, necnon dolore immodico ob nuperam cladem, qua bello in Lusitanos moto die decima septima Januarii ad Villam Vitiosam Hispani castris exuti, fusi fugatique fuerunt, desideratis peditum sex, & Equitum duobus millibus quadringentis. Vitio etiam vertitur, quod regiminis

CV. minis curam Ministris suis relinquens. Sæc. XVII. Catalanæ & Lusitanæ jacturæ caussa A.C. 1665. extiterit. Porro Philippus Successorem habuit Carolum II. quadriennem, sub tutela & Administratione Matris suæ Marianæ, Ferdinandi III. Cæsaris Filix: Præcesserat ferale hoc fatum inopina mors Sigismundi Francisci Austriæ Archiducis ex Tyrolensi linea postremi. Hic cum esset Augustanus, Tridentinus & Gurcensis Episcopus & Cardinalis, mortuo Ferdinando Carolo Fratre suo hæc Sacerdotia abdicavit, ac sequenti anno spe propagandæ familiæ suæ, procurante Comite Joanne Georgio Königseck Sulzbaci die decima tertia Junii cum Maria Hedwige Augusta Christiani Sultzbacensis Palatini Ducis Filia matrimonium iniit; cum autem ad solemnem nuptiarum confirmationem cuncta splendidissime pararentur, Archidux die vigesima secunda ejusdem Mensis, cum ex venatione incalesceret, ac frigidæ potum fumeret, apoplexia tactus die vigesima quinta Junii, nondum expleto trigesimo quinto ætatis suæ anno diem supremum Oeniponti explevit. Accepto tam infestæ mortis nuntio Leopoldus Viennæ Mense sequenti Oenipontum profectus, Tyrolensis Comitatus ad se devoluti possessionem adiit.

Sæc. XVII. Par fatum subiit hoc anno die de-
A. C. 1664. cima sexta Augusti nonnisi triginta sex
 annos natus Carolus III. Mantuæ Dux,
 qui ex Isabella Clara Leopoldi V. Au-
 striæ Archiducis Filia hæredem reliquit
 Ferdinandum Carolum tredecennalem
 puerum. Denique die vigesima octava
 Septembris Monachii decessit Maria
 Anna Ferdinandi II. Cæsaris filia, &
 Maximiliani Bavarix Electoris Coniux,
 quæ nonnisi annos quinquaginta quin-
 que nata virtutibus, & prudentia *semper*
Matrona nominabatur.

§. LX.

Baccius Aldobrandinus Cardinalis
mortuus.

Ciacon. in
vita Inno-
centii X.

Hoc item anno eadem mortis vesti-
 gia prefferat Baccius Aldobrandi-
 nus Nobilis Florentinus, qui in sua je-
 ventute a morum innocentia, naturæ
 lenitate, mentis candore, ac indole ad
 virtutem, & gloriam & dignitatem
 nata commendatus, literisque appre-
 me excultus Innocentii X. Papæ gra-
 tiam sibi facile conciliabat, a quo e-
 tiam præter omnem expectationem Co-
 bicularius, Vaticanæ Basilicæ Canoni-
 cus, ac demum Presbyter Cardinalis
 renuntiabatur: Obiit autem die vigesi-
 ma

ma prima Januarii ætatis suæ anno Sæc. XVII.
 quinquagesimo secundo. A. C. 1665.

§. LXI.

*Balthasar Sandoval Cardinalis
 extrema.*

Hunc pari fato sequebatur Balthasar Sandoval Hispanus, qui in Sal-
 manticensi Academia, Doctoratus lau- Ciacon. in
 vita Paul. V.
 tom. 4.
 rea decoratus, Rectoris magnifici par-
 tes obibat, postea Ecclesiæ Toletanæ
 Decanus, Archidiaconus, & Regii
 Sacelli Minister, demum vero ad Phi-
 lippi III. Hispaniarum Regis preces a
 Paulo V. Cardinalis nominabatur. Re-
 xerat etiam Episcopus Giennen-
 sem & Jayensem Ecclesias, quibus
 cum uberrimo gregis sui proventu præ-
 fuit, habitaque Synodo ipse visitavit,
 ab omnibus passim Cleri exemplum, &
 Pater pauperum nominatus; hos enim
 quotidie convivas habuit, in morte
 hæredes instituit, & in vita in eos tam
 largas effudit eleemosynas, ut prodigii
 instar haberetur, tantis expensis cen-
 sum suffecisse: Præseferebat illius Pa-
 latium magis cænobium, quam Prin-
 cipis aulam: familiam quoque habebat
 universam ad totius honestatis leges
 compositam: ipse etiam morum in-
 tegritate, rara in supremis dignitatibus
 mode-

Sæc. XVII. modestia, religionis studio, animi candore, ac pietatis fervore, cunctos tam

A. C. 1665. Ecclesiasticos quam Laicos ad sui imitationem incitabat: Demum Toletanus Archiepiscopus, Hispaniæ Primas, & supremus Castellæ Cancellarius, Regique a secretioribus consiliis nominatus, Toleti Mense Septembri expleto septuagesimo septimo ætatis anno vitam meritis plenam finivit.

§. LXII.

Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.

*S. Congr.
Rit. Conc.
Episc. &c.*

Oriebatur quædam disceptatio inter Ravennatensem Archidiaconum, & Abbatem Ecclesiæ ad S. Vitalem, an hic vel Archidiaconus, aut alius Cathedralis Canonicus aspersorium Aquæ Iustralis Archiepiscopo Ravennatensi præbere debeat, quando hic unacum Capitulo Metropolitano ad Pontificalia exercenda Ecclesiæ accedit. die igitur vigesima prima Martii Sacra Rituum Congregatio desuper consulta respondit, id Abbati competere, Archiepiscopo autem ejusdem festivitatis Vesperas non amplius celebrante, vel eisdem non assistente, Baldachinum ejus deponatur, atque aliud pro Abbate celebraturo erigatur. Pariter sacra

Con-

Concilii Congregatio die vigesima se-
cunda Augusti declaravit, quod Epi-
scopus contra Clericos in comœdiis
prophanis recitantes pœnam excom-
municationis ferendæ sententiæ statuere
valeat. Die autem quinta Septembris
S. Congregatio Episcoporum & Regu-
larium reprobavit quorundam consue-
tudinem, quæ quidam in Ecclesiis cer-
tas sedes & loca veluti propria & hæ-
reditaria sibi vendicabant.

§. LXIII.

*Synodi Monasteriensis & Tornacen-
sis decreta.*

Quamvis Christophorus Bernardus de
Gallen Monasteriensis Episcopus
bellicis expeditionibus, aliisque Im-
perii negotiis plurimum distentus esset,
nihil tamen adeo non remisit ab Epi-
scopali vigilantia, quam suæ Ecclesiæ
debebat, ut etiam singulis ferme annis
aut Synodum celebraret, aut editis
epistolis Pastoralibus Clerum suum ad
sanctissimarum legum observantiam hor-
taretur: Eodem studio animatus hoc
item anno die decima septima Martii
habita Synodo Diæcesana priorum Sy-
nodorum decreta confirmavit, præce-
pitque Prælati ac Superioribus, ut in-
vigilent, ne Canonici vel Vicarii a Chero
absint,

*Concil.
Germ.*

Sæc. XVII absint, absentes notent, & notatos
A. C. 1665. frequentandas Ecclesias ac chorum
 compellant: Vetuit insuper, ne quis
 proprio arbitrio onera Missarum ob im-
 minutos redditus reducere præsumat,
 sed vel ad Episcopum vel ejus Vicarium
 recurrat. Denique Parochos tribus
 Dominicis continuis Catechesin omni-
 tentes, quarta parte fructuum bene-
 ficii mulctavit.

Die autem vigesima prima Aprilis
 Franciscus Villani a Gandavo Torne-
 sensis Episcopus Synodalem habuit
 Congregationem, in qua præceptum
 ut Parochi, priusquam consuetas Ma-
 trimonii denuntiationes faciant, de Pa-
 rentum, aut Tutorum consensu inqu-
 rant. Prohibitum insuper, ne Parochi
 nisi rarissime, & post præviam diligen-
 tem inquisitionem vices suas assistent
 Matrimonio delegent, nunquam autem
 indeterminatis personis aut Regulari-
 bus: Denique Curatis injunctum, ut
 duntaxat obstetricibus super forma &
 materia Baptismi probe instructis literas
 de idoneitate testes elargiantur.

§. LXIV.

*Nonnulli Scriptores Catholici hoc
 anno defuncti.*

Not

Nonnisi paucos ex Scriptoribus Ec- Sæc. XVII.
clesiasticis memoratu dignos, qui A. C. 1665.
hoc anno decesserunt, referemus, quos
inter primo loco occurrit Christianus
Guilielmus Marchio, & Princeps Bran- *Witte Diar.*
deburgicus, dictus Hallensis Episcopus *Biogr.*
& Magdeburgensis Administrator, qui *Lexicon hist.*
ejurato Luthero anno hujus sæculi tri- *Univ.*
gesimo secundo, vigesima Martii Viennæ *Echard.*
palam fidem Catholicam professus, die *Script. Ord.*
prima Januarii pie in Domino obiit. *Præd.*
Edidit super sua conversione librum, *Oliva ep. ad*
quem *speculum Veritatis* appellavit, *Prov. Lugd.*
scripsit etiam postea ejusdem libri Apo- *anno 1662.*
logiam. II. Petrus de Roxas Moræ *die 22. Maji.*
Comes, elucubravit Historiam Impe-
rialis urbis Toletanæ præter alia Hi-
storica & genealogica. III. Joannes
Angelus Godin Benedictinus Congr.
S. Mauri, incæpit adornare editionem
Conciliorum Rothomagensium, quibus
notas sat eruditas adjecit, quas tamen
morte præventus nonnisi usque ad Sy-
nodum Juliobonensem prosecutus est.
IV. Joannes Baptista Piergilius typis
vulgavit librum de communione spiri-
tuali, alium de civitate & Diæcesi
Spoletana, Visitationem S. Præsepîi,
& quorundam Vitas. V. Ægidius
Bucherius Jesuita, qui posteritati reli-
quit commentaria in Gregorium Turo-
nensem, & Victoris Aquitani Canonem
Pascha-

Sæc. XVII. Paschalem, chronographiam Historie
 A. C. 1665. Leodiensis, disputationem historicam
de primis Tungrorum, seu Leodienfium
 Episcopis, præter Belgium Romanum
 Ecclesiasticum & civile &c. VI. Felix
 Girardus, ejusdem Societatis, prælo
 subjecit Triumphum Christi in Eucha-
 ristia, Diarium rerum præclarissimarum
 ab Orbe condito, Mercurium Sæ-
 culi XVII. Discursum de Passione Do-
 mini, & alia nonnulla. VII. Joannes
 Casalas Ord. FF. Prædicatorum, quæ
 edito libro, cui titulus: *Candor*
 confutavit Petri a Valleclausa Jesuitæ
 librum *de immunitate Authorum Cyriacorum a censura*, qui liber non modo a
 S. Congregatione die vigesima Junii
 anno hujus sæculi sexagesimo secundo
 ad libros prohibitos rejectus, sed etiam
 a Joanne Oliva Societatis Generali
 ægerrime ferente, quod vel ad ipsam sus-
 picionem operis a Spiritu Societatis tam
 abhorrentis quispiam e suis vocatus esset,
 ab omnibus Jesuitis legi prohibitus est.
 Idem quoque fatum subiit Casalii liber.
 Edidit insuper hic Author chronologiam
 Analyticam eorum, quæ populo fideliter
 contingere ab Orbe condito, præter
 doctrinam morum Christianam in usum
 deductam. VIII. Joannes Garcia ex
 eodem Ordine edidit librum Sinicum
 nomine *Ki-Mung* seu doctrinæ Chris-
 tianæ

stianæ rudimento, hoc opus Garzia Ju- Sæc. XVII.
lio Alenio Jesuitæ approbandum tradi- A.C. 1665.
dit, Antonius vero Govea pariter Je-
suita illud additis duntaxat tribus ar-
gumentis, sublatoque titulo sibi adscrip-
sit: Exstant quoque ejusdem Garziæ
plures epistolæ, necnon relatio circa
mores ac ritus Sinicos ad S. Congre-
gationem de Propaganda fide, item
tractatus, in quo cultus Confucii im-
pugnatur. IX. Ignatius Joseph a Jesu
Maria Parisiensis Carmelita Excalcea-
tus, scripsit vitam S. Mauri seu de An-
tiquitate, sanctitate, Monasteriis, Pri-
vilegiis, Abbatibus &c. Ord. S. Bene-
dicti. Historiam Ecclesiasticam de Ur-
bis Abbavillæ, & Archidiaconatus
Pontivensis, Martyrium quatuor Mar-
tyrum Carmelitarum in odium fidei
apud Achem in India trucidatorum.
Relationem virtutum piissimi Viri An-
tonii Le Cler Advocati Parisini, vitas
Ven. Gabrielis Ord. S. Francisci de Paula,
& B. Bernardi Abbavillæi, Abbatis
Bened. Historiam Genealogicam Comi-
tum Pontivensium & Abbavillanorum,
Historiam Ecclesiasticam Diæcesis Am-
bianensis præter novem alia opuscula
partim Historica partim Ascetica. X.
Raphael a S. Joseph ex eodem Ordine
scripsit librum de S. Scapulari sub ti-
tulo: *Signum Salutis*.

Hist. Eccles. Tom. LXIII. N §. LXV

Sæc. XVII.

A. C. 1665.

§. LXV.

*Acerbissima Catholicorum vexatio
apud Sinenses.**Theatr. Jes.**Ind. Episc.**Malacc.**pag. 62.**Garz. relat.**p. 79. 88. 89.*

Hoc item anno tam gravis ac ferrea
universalis vexatio in Christianis
a Sinensis Imperii Reſtoribus intentata
fuit, ut Religio Catholica, quæ seculis
ventibus cruentis Sinenses inter & Tar-
taros bellis, turbulentisque revolutio-
nibus aliquamdiu vixit, radicitus ex-
tirpari videretur: Jam anno hujus se-
culi nono præcesserat ingens tempeſtas
cum enim Bonzii lucrum suum immu-
nui, suæque sacra per novam religio-
nem vileſcere cernerent; regnante Va-
lieo magno Sinarum Imperatore, Chri-
stianos tanquam avitæ religionis eve-
ſtores & Sinensis Aſtronomiæ destructo-
res in Metropoli Nankingensi in vi-
cula compingi curarunt: Recruduit
hoc quoque anno horrenda persecutio
ac imminens fidei veræ exterminium
quod in hoc imperio jam a primo quo-
rumdam Miſſionariorum ingreſſu præ-
ſagiebant Viri Apoſtolici, quibus di-
ſplicuit prima Evangelicæ doctrinæ ſe-
mina non Apoſtolorum more fuiſſe jacta
primasque plantas non Martyrum ſan-
guine rigatas, ſed adoleviſſe expoſito
Sinensis Imperii emolumento, mune-

rum raritate, mappæ geographicæ no- Sæc. XVII.
 vitate, & Astronomiæ Europææ applausu: A. C. 1665.

Enimvero ipsismet hisce mediis, quibus religio vera invehebatur, eandem eliminandi obtentum præcipue arripuerunt Christiani nominis hostes; postquam enim Xunchius Imperator fati functus fuerat, ejusque Filio Chomachio nonnisi octenne, quatuor Rectores a Patre designati, Imperium administrarunt, Jamqu岸sim homo ferox Christianos opprimere statuit, ac coram tribunalibus illos accusavit, quod I. Astronomiam Europæam in contemptum Sinicæ, gentisque Tartaricæ invexerint. II. Quod P. Adamus Schall Jesuita per fraudes a Xunchio Imperatore in Præsidem tribunalis Mathematici, artiumque nominatus, ac tertii Ordinis Mandarinus selectus fuerit. III. Quod Europæarum mercium illecebris novam ac peregrinam legem per universum Imperium implantare attentarent. IV. Quod sub religionis obtentum viam Europæis ad evertendum Imperium Sinico-Tartaricum sternere moliti essent. His accessere pristina inter Missionarios dissidia circa ritus Sineses, quos quidam velut mere politicos ad legem Christi accommodare satagebant, alii tanquam idololatricos detestabantur, non sine maxima fidelium

N 2

offen-

Sæc. XVII. offensione, infidelium tripudio, &

A. C. 1665. dei decremento: ex horum enim disse-

sionibus, teste P. Joanne Garzia Dominicano hujus Regni Missionario, exortæ sunt omnes ferme persecutiones, quas Sinenses Barbari ab hisce animarum in ceteros Missionarios, ac Christianos concitarunt; cum enim, inquit Malacensis Episcopus, Religiosi Confucii cultum approbantes sese Sinensibus accommodarent, iisdem vestibus uterentur, cum Mandarinis commederent, imo ipsimet essent Mandarini, & quidem primi Ordinis, ceteros Missionarios, hisce ritibus adversos contempnunt, & tamquam hostes suos habuerunt, eosque fune ad collum alligant, & vinculis gravatos per Sinenses Juces ex Imperio expelli curarunt; ita in Nankinensi urbe P. Antonius a S. Maria Franciscanus pedibus manibusque vinctus, necnon Peckini PP. Franciscus a Matre Dei, & Caspar de Alenda ejusdem Ordinis fuere expulsi, & inhumana crudelitate virgis cæsi, & opprobriis, injuriisque affecti: Ea ex causis quoque everfa sunt Tempia PP. Dominicanorum tam Tintui, quam Fugani, & PP. Franciscus Dominicus Joannes Baptista Franciscus, aliique Missionarii Ord. S. Dominici & Francisci in carceres coniecti, & postea

ratas fustigationes in exilium pulsi sunt, Sæc. XVII.
 præterea P. Franciscus Capillas Do- A.C. 1666.
 minicanus capite damnatus est, quem
 Sinensis Judex liberare noluit, eoquod
 circa Sinenses ritus ejusdem opinionis
 cum Patribus Peckinensibus esse renuif-
 set. Vilipensis hoc modo abactisque
 tam celebribus Dominicæ Vinæ Ope-
 rariis Imperii Tutores Christianos dire-
 ac impune vexare præsumpserunt, om-
 nesque Catholicos ad rogam damna-
 runt, jamque in eo erant, ut omnes
 Ecclesias everti juberent: demum in
 ipsos Jesuitas adinventis variis accusa-
 tionibus desævire cæperunt: Mittun-
 tur igitur hoc anno Apparitores, qui
 decem Jesuitas in vincula injiciunt,
 eosque ad tribunalia raptant: præfigi-
 tur etiam dies decima sexta Aprilis,
 qua una omnes morte plecterentur, qui
 tamen mutata sententia in exilium pro-
 trusi sunt; ex his etiam P. Adamus
 Schall primo in vincula conjectus, post-
 modum exorto terræ motu, Regiique
 Palatii incendio ex carcere liber di-
 missus est.

§. LXVI.

*Catholici & Jesuitæ ab Hollandis
 vexati.*

Haud contenti erant Batavi, quod *Tuld. Hist.*
 Monasteriensem Episcopum invi- *Decem. l. 3.*
 N 3 tum,

Sæc. XVII. tum, & Mediatorum potentia aucto-
A. C. 1666. tateque expugnatum Broculana atque
 & ditione Eyderana spoliassent, insuper
 in omnibus suis urbibus Catholicos
 Calviniana rabie ob levissimas ac temerarias
 conceptas suspiciones insectabantur,
 nec eorum furorem refrænabant Hospitalitatis
 leges, aut peregrinorum Principum reverentia;
 cum enim junior Mutinensis Dux amplo cum
 comitatu Bataviam lustraturus, Embricam
 veniret, ac in Jesuitarum Collegio deversaretur,
 non modo ejus cistas renebant, illasque arma
 latere suspicantes perscrutabantur, sed etiam
 militibus in Collegium immisissis omnia cubi-
 culorum ipsosque lectos sedulo excusserunt, &
 paulopost ex Fœderatorum Ordinum mandato
 Jesuitas ex Collegio ac urbe intra viginti
 quatuor horarum spatium excedere jusserunt.
 Incassum hi Electoris Brandenburgici patrocinium
 obtinebant, ejusque jussa esse expectanda
 causabantur: Igitur biduo post ex Collegio
 ad Templum, ac inde biniplateas a Batavis
 satellitibus ad Rhenanam portam deducebantur,
 relicto unico fratre Collegii Custode, & in
 firmo quodam Sacerdote, qui ex dolore
 biduo post decessit. Finito autem bello
 Batavo tandem Jesuitæ Embricam reversi
 sunt, eorum reditum serio promovere

promovente Electore Brandenburgico & Sæc. XVII.
Barone de Goes Cæsareo Oratore. Auxit A. C. 1666.
tamen Catholicorum lætitiā Elisabetha
Dorothea Holsatiæ Schlesvicii Ducissa,
quæ hoc anno die quinta Augusti Vien-
næ ad Romanæ Ecclesiæ gremium re-
versa est.

§. LXVII.

Historia Sabbathai Sevi falsi Messiae.

Currens hujus sæculi annus millesi-
mus sexcentismus sexagesimus *Joan. de*
sextus vel ideo memoratu dignissimus *Lent de*
est, quod Protestantes putidæ fabulæ, *Pseudo-*
ridiculi mendacii, & vanæ ac fanaticæ *Mess. c. 5.*
superstitionis convicti, prudentum lu- *pag. 77.*
dibrio, & despectui hoc anno sese ex- *La Croix*
posuerint, & Judæorum pertinacia de *mem. part. 2.*
futuro Messiae adventu detecta illusione
confutata fuerit; cum enim in Apo-
calypsi cap. 13. v. 18. hæc verba lege-
rentur: *numeri ejus sexcenti sexaginta sex,*
fanaticorum non pauci annum Christi
millesimum sexcentissimum sexagesi-
mum sextum miris revolutionibus,
prodigiis, arcanisque eventibus celebrem
fore prælagiebant, & quidem Prote-
stantes, cum in præfata Apocalypsi de
adventu Antichristi sermonem fieri cer-
nerent, & hunc Antichristum non a-
lium, quam summum Pontificem esse

Sæc. XVII. passim calumniarentur, plenis buccis
 A.C. 1666. ovantes spargebant, hoc anno Regnum

Pontificis, atque Ecclesiæ Romanæ
 certo destructum iri, ac puram Evangelii
 doctrinam, populumque Dei Israel in-
 tegræ libertati donandum esse; cum
 autem in hanc usque diem summum
 Pontificem. Romanamque Ecclesiam
 portis inferni prævalere, ac pristino
 decore florescere, fateri cogantur, ob
 interpretationis suæ falsitatem, proter-
 vasque calumnias confusione ac pudore
 suffunduntur. Ex Judæis autem pene
 innumeri hoc anno Messiam adventu-
 rum sperabant, præallegatis S. Joannis
 Evangelistæ verbis ad firmandum suum
 commentum abutentes. Inde vero sese
 verum Messiam nominandi occasionem,
 hoc anno arripuit quidam Smyrensis
 Judæus, nomine Charam Sevi. Hic
 Hebræo, & Arabico idiomate, nec
 non Philosophia, & Theologia Rabbi-
 nica apprime excultus, sese Judæorum
 Messiam fore venditans, a requie suis
 procuranda se Sabatheium nominavit;
 primo autem Constantinopolin contem-
 nit, inde tamen, eoquod præter Je-
 dæorum morem Dei nomen pronun-
 tiare ausus esset, velut Blasphemus a
 Rabbinis expulsus, & ad lapides con-
 demnatus Smyrnam reversus est. Pau-
 lopost Thessalonicam profectus, uxorem
 duxit,

duxit, qua mox repudiata alteram, ac Sæc. XVII.
 demum tertiam sibi conjunxit; postea A.C. 1666.
 Moream, indeque Gazam delatus,
 arctiorem contraxit amicitiam cum
 quodam Judæo, nomine Nathan, qui
 in Sabathaiō Angelum & adhuc aliquid
 amplius ex ejus eloquentia admiratus,
 illum ubique divinis prope laudibus
 ad cælum efferebat; inde Sabathaius
 audacior factus, eidem se esse Messiam
 Hebræis promissum persuasit, huncque
 Virum in suum Eliam ac Præcurso-
 rem sibi elegit. Nathan igitur novo hoc
 munere egregie functus, anno millesimo
 sexcentesimo sexagesimo sexto ve-
 rum Messiam esse venturum, per om-
 nes Provincias divulgavit, atque Jero-
 solymitanis incolis jejunandi consuetu-
 dinem interdixit, asserens, adventante
 Messia non lugendi, sed lætandi tem-
 pus esse: datis etiam ubique literis
 suos hortatus est, ut Sabathaium Sevi
 non tanquam hominem privatum re-
 spicerent, sed pro vero Messia & Rege
 haberent, cujus Sanctitatem, ac po-
 tentiam luculentis prodigiis testatam
 brevi experturi essent. Divulgata novi
 hujus Messiae fama, Judæi ubique ad
 ejus adventum sese parabant, dimissa-
 que negotiandi cura, nonnisi de futura
 felicitate, qua sub novo Rege potituri
 essent, magna prolocuti sunt. Jero-

Sæc. XVII. solimitani etiam missis ad suos literis
A. C. 1666. de exilimato suo Messia vaticinabantur,
 fore, ut intra spatium unius anni, cuius initium sumeretur a die decima septima Junii, Messias coram Sultano comparfurus, eum diademate & regno exutum in triumphum deducturus esset, eo autem per novem Menses absente Judæis accerrima impenderet vexatio, plures Martyrio afficiendi, postea vero Messias iterum cælesti Leoni insidens, ac septem capitum hydram fræni loco tenens pro solo totius universi Monarcha habendus foret, moxque Templum a fabre ornatum e cælo descensurum, in quo Judæi in perpetuum sacrificaturi essent. Interim Nathan, ejus Præcursor Damascum venit, indeque datis ad Aleppenses Judæos literis eis nuntiavit, quod is juxta Sabathai mandatum duodecim Israelitas ex qualibet tribu selegisset, qui novo Messia ab obsequio essent, eumque comitarentur. Thessalonicenses quoque Judæi de adventu Messia haud dubii, nonnisi poenitentia ac mortificationi, & orationibus vacabant, missisque terrenis occupationibus, clausisque officinis suis corpus suum jejuniis, flagris, ac severissimis poenitentia exercitiis afflictabant. Interim Sabathaius Smyrna reversus, denuo a Rabbinis male habebatur,

batur, populus vero eidem addictissimus illum tanquam missum a Deo venerabatur, plateis, per quas transiturus esset, auleis sternebat, quem tamen honorem Impostor simulata modestia acceptare recusans, datis ad universam Judaicam Nationem literis se unicum ac primogenitum Dei Filium, Messiam, & Salvatorem Israel nominabat, suum adventum, eorumque liberationem denuntians: Tum vero opitulante Dæmonio, plusquam quadringenti Judæi in exstases rapi, convulsionibus torqueri, absona vaticinia evomere, atque ex viscerum fundo loqui, & visiones de Leone Judæ, & Sabbathi triumphis narrare audiebantur. Nec deerant conficta prodigia, nonnullis etiam jurato affirmantibus, se ignitam vidisse columnam, quæ hunc fraudis Architectum comitaretur, ad cuius pedes Judæi omnes suos thesauros certatim deferebant. Hoc demum anno Mense Januario Smyrna Constantinopolin cum exiguo suorum comitatu contendit, solemnem ibidem ingressum celebraturus; cum autem Helesponti fauces prope attingeret, a Turcis captus, vinculisque oneratus, ac rigoso equo impositus Constantinopolin ducebatur: nihilominus Judæi de ejus adventu certiores facti turmatim catennis

Sæc. XVII. tennis onusto Messiae suo obviam effun-
A. C. 1666. debantur: Turcæ autem ex phrene-
 tico hoc concursu tumultum veriti, no-
 vum hunc Messiam in fætidum carce-
 rem conjecerunt, inde vero ad Nato-
 liæ arcem raptatum, denuo in ergastu-
 lum detrudere: tum vero incertum
 erat, an turpior esset Turcarum ava-
 ritia, qua a Judæis pro obtinenda cum
 suo Messia colloquendi facultate aurum
 extorquebant, an infanior Judæorum
 hunc impostorem in suis vinculis vi-
 sendi aviditas: Hi enim maximo numero
 confluentes ad tantam prolapsi sunt in-
 saniam, ut in Synagogæ parietibus
 duas literas S. S. aureis literis una-
 cum Psalmo 19. *Dominus regnavit &c.*
 pingi curarent, seque suum Messiam
 sæpius pluribus in locis sub varia specie
 vidisse, in vulgus spargerent, cum in-
 terim omnium infelicissimus Sabathaius
 in suo carcere ingemisceret: Hunc in-
 ter alios etiam Nehemias Judæus na-
 tione Polonus accesserat, eidem ex-
 ponens, quod cum ipso Messiae digni-
 tatem partiri vellet, eo quod non modo
 Messias ex tribu Juda, sed & alius ex
 tribu Ephraim venturus esset: Accepta
 autem repulsa exacerbatu Nehemias,
 Sabathaium tanquam insignem frau-
 dum Architectum, ac rebellionis in-
 centorem apud Pro-Vezirium accusa-
 bat:

bat: Sistitur ergo miser hic Messias Sæc. XVII.
ante Turcici Judicis tribunal, ac Ot- A. C. 1666.
tomani idiomatis ignarus, per Inter-
pretem quemdam Medicum olim secta
Judæum, se a Deo missum jactitat, cum
autem Vezirius ab eo peteret, ut in
vocationis suæ testimonium corpus
suum omnino nudum sagittis petendum
objiceret, Impostor se nonnisi legis
Doctorem esse fatebatur: unde ad evi-
tandam temeritatis suæ pœnam, exuto
Messia, Muselmanum induere coactus
est, Agi Mehmet Effendi nominatus:
Nec tamen abominanda hæc Sabathai
apostasia Judæos a sua vesana creduli-
tate sanare poterat, jactitantes, non-
nisi illius umbram in terris permanisse,
illum vero ad cælos ascendisse, tem-
pore ad vaticinia adimplenda præsti-
tuto reversurum, multa prodigia in
ejus captivitate fuisse patrata, milites
ad unicum oris sui verbum mortuos
ad ejus pedes corruisse, moxque ad vi-
tam ab eo revocatos fuisse, eum ultro car-
cerem subiisse, inde clausis januis exiisse,
ac vinculis ferreis in aurum commutatis
libere in plateis Constantinopoli deam-
bulasse. Ejusmodi commentis aliquam-
diu Judæi seipsos lactarunt, & falsa spe
produxerunt, cum interea mimicus
hic Messias in suo carcere non modo
unacum uxore sua Mahometem palam
profite-

Sæc. XVII profiteretur, sed etiam suæ gentis
A. C. 1666. plurimos ad eandem impietatem per-
 traheret, donec tandem anno hujus
 sæculi septuagesimo sexto in Olchinesi
 arce die decima Septembris miserrima
 morte periret, quin sui desiderium
 apud Judæos relinqueret, nec tamen
 etiam vanam alterius Messiae spem
 extingeret.

§. LXVIII.

*Censura Facultatis Theologicæ Pari-
 sensis in Historiam Universi-
 tatis Parisinæ.*

*Argentre
 coll. Jud.
 t. 3. p. 136.*

Prodiit hoc anno quidam liber sub ti-
 tulo: *Historia Universitatis Parisi-
 sis Auctore Magistro Cæsare Egassio Bul-
 lœo, emerito Eloquentiæ Professore, &
 antiquo Universitatis Rectore*; cum autem
 Antonius de Breda Syndicus die prima
 Aprilis, quædam reprehensione digna
 in hoc libro reperiri exponeret, ad ejus
 preces Facultas quosdam nominabat
 Doctores, qui hoc opus maturo subjice-
 rent examini. Hi ergo die prima Au-
 gusti referebant, I. Contra veritatem
 Sacræ Historiæ in hoc libro affirmari,
 quod David simul Rex fuerit & Sacer-
 dos. II. De sacra Theologia Au-
 thorem asserere, eam degenerasse in
 varias hæreles, Petrum Lombardum
 esse

esse unum e quatuor labyrinthis, hæc Sæc. XVII.
 resin tanquam Minotaurum includen- A. C. 1666.
 tibus Post Agapitum scripsisse
 Damascenum anno Christi septingen-
 tesimo præcepta Grammatices, inde-
 que ortam esse disciplinam Scholasti-
 cam, eam vero a quibusdam compa-
 rari cum famosa illa scylla veterum, ad
 speciem quidem pulchra, sed latranti-
 bus monstris succincta, utpote referta
 mille quæstionibus, & distinctionibus
 inutilibus. III. Authorem favere hæ-
 resi & hæreticis, eoquod scripsisset,
 Abælardum injuste damnatum fuisse in
 Synodo Sueffionensi, quamvis fateatur,
 quod in ejus sententia Trinitas consistat
 in tribus attributis, potentia, sapientia
 & bonitate Dei, pariter quoque dixisset,
 Rupertum vindicari perperam ab
 hæreticis circa mysterium Eucharistiæ,
 eumque existimasse, panem non con-
 verti in Corpus Christi, dum confici-
 tur Eucharistia, sed assumi a Verbo di-
 vino, & passim Berengario, Abæ-
 lardo, & Gotteschalcho Autorem fa-
 vere.

IV. Contineri schismatica, cum Au-
 thor dixerit, Innocentium II. agnitum
 fuisse pro Pontifice a Gallis non tam
 attenta ratione Electionis, quam me-
 ritis, & Dignitate Personæ, Tom. 3.
 p. 185. & approbarit, id quod dicitur
 apud

Sæc. XVII. apud Mathæum Paris de potestate pet
A. C. 1666. S. Clementem B. Dionysio concessa de
 constituendo Papa in Francia.

V. Reperiri nonnulla contra Canones & disciplinam Ecclesiasticam, quia Author affirmat, quod tempore Leonis IX. & sub Urbano II. imo etiam antea Sacerdotes & Episcopi publice uxores duxerint, non secus ac laici.

VI. Multa inveniri juri & dignitati Regis & Regni contraria, veluti cum Author asserit, Carolum magnum eximisse Regnum Franciæ homagio erga Imperatorem, quod repetit Tom. 3 pag. 406.

Pag. 306. inter proditores ab eo recenseri eos, qui adhærebant Regi contra Comitem Veromanduxæ subditum, & rebellem, his verbis: *anno 944. iterum orta est inter Regem & Herberti filios discordia, propter quasdam urbes Comitis Veromanduce a proditoribus Regi deditas, & ab eo retentas.*

Tom. 2. p. 665. illum hæc asserere: *In capitale parisiensis studii pro nullo crimine justitiam nostram manum mittere, quod quidem privilegium cadere non potest, nisi in Laicum, aut qui Laicus existimatur, non in Episcopum aut Cancellarium Ecclesiæ parisiensis, qui cum clerici & sacerdotes essent, aliunde nempe lege sacra*

seu Canonica, & jure divino securi erant, Sæc. XVII.
nec civili indigebant, ut a vinculis tuti essent. A. C. 1666.

Pag. eadem illum affirmare, Cleri-
cos & Sacerdotes jure divino non posse in
carcerem compingi pro quocunque delicto.
„Quibus auditis sacra facultas die pri-
„ma, decima octava, vigesima secun-
„da, & vigesima tertia, ejusdem men-
„sis & anni Congregata unanimi om-
„nium consensu opus illud improbavit,
„indignumque judicavit, quod nomine
„academiæ parisiensis ederetur in lu-
„cem, utpote insulsum, ineptum, ab-
„surdum, & in multis scandalosum,
„contumeliosum omnibus ordinibus,
„turpe, obscænum, & inhonestum.
„Præterea censuit supradictas propo-
„sitiones esse respectu contra verita-
„tem sacrae historiæ, contra sacram
„doctrinam, seu Theologiam, faven-
„tes hæresi, & hæreticis, schismati-
„cas, contra Canones, & Disciplinam
„Ecclesiasticam, & contra jus & digni-
„tatem Regis ac Regni.”

§. LXIX.

*Balassus rebellis ob Hungariæ vasta-
tiones castigatus.*

Sub idem tempus Leopoldus Impera- *Diar. Eu-*
tor, cum post Sigismundi Francisci *rop. t. 14.*

Archiducis ex Tyrolensi linea postre-
Hist. Eccles. Tom. LXIII. O mi

Sæc. XVII. mi obitum unicus esset Austriacæ Do-
 A. C. 1666. mus hæres, de ineundo connubio cog-
 tabat, quod & cum Margaretha The-
 resia Philippi IV. Hispaniarum Regi-
 Filia secundo genita die vigesima quinta
 Aprilis Madriti conclusum, Vienna
 die quinta Decembris incredibili cum
 pompa, raroque ludorum ac spectaculo-
 rum apparatu consummatum est.
 Hanc quoque publicam lætitiæ auxi-
 liberalitas Turcici Imperatoris, qui Bi-
 bliothecam Mathiæ Corvini quondam
 Hungariæ Regis dono dedit, ac Vien-
 nam transferri iussit. Sub idem tem-
 pus Comes Balassus Imbre rebellis Hun-
 garus Cæsari negotium facessere ce-
 perat; cum enim Hungari nupera paci-
 ipsi haud consultis inita concitati
 prædatum excurrerent, & non modum
 in Turcas sed & in Cæsareos prom-
 scuo furore irruerent, ac vicissim Turci
 Hungarorum & præcipue præfati Co-
 mitis pagos & incolas ferro flammaque
 devastarent, Comes captata inde opor-
 tuitate in obvios Turcas inhumana
 crudelitate desæviebat: quapropter
 Vezirio sub violatæ pacis obtentu ac-
 cusatus, Viennam captus ducebatur
 atque examini subiectus, totam culpam
 a suo milite in Vesselini Palatinus
 Hungarici Hussaros exonerabat, paucos
 locis clam e carcere dilapsus: Cognatus
 illius

illius fuga Vezirius denuo importunius Sæc. XVII.
instat, ejusque bona proscribi postulat: A. C. 1666.

Verum Balassus hanc pœnam præveni-
ens, ipse eadem expilavit, indeque
in Transylvaniam excurrere, cum suo
agmine ingentes ex agris prædas egit:
Erant tum eæ temporum vicissitudines,
ut Germanum militem rursus in Hun-
gariam educere, nec consultum, nec
tutum esset; quocirca Imperator hunc
prædatorem potius clementia, quam
armorum vi ad officium redigere inten-
tus, delicti veniam per Joannellum ei-
dem obtulit: Tergiversatur aliquamdiu
Balassus, tam inexpectatæ, quam im-
meritæ gratiæ diffusus; cum autem
imminens vindictæ periculum, necnon
antehac Austriacæ Domui præstita pon-
deraret obsequia, præcipue quod cum
suis Montanas urbes a Turcarum ty-
rannide servarit, spe inde concepta,
oblatam gratiam acceptat, & obtinet;
ea lege, ut jurato polliceretur, quod
in proximis Regni comitiis se sistere ac
purgare paratus esset. Ast prædandi
consuetudine ac cupiditate plectus,
paulopost rursus, in ipsius Palatini po-
tissimum ditiones excurrere cæpit, in-
censisque ac occupatis plurimis oppidis
Turcas in rebellionis societatem solli-
citavit, hancque in rem octo Nobiles
unacum Filio suo tanquam obsides

O 2

Budam

Sæc. XVII. Budam misit, simulque Debinam ac
 A.C. 1666. cem arte & natura munitissimam in
 pignus obtulit: tempestive autem ad
 aliquot Germanorum ac Hungarorum
 millibus cinctus, necnon suorum, præ-
 cipue Conjugis ac prolium lacrimis &
 precibus expugnatus, sese Cæsaris ar-
 bitrio dedit; rursus igitur vinculis
 onustus, Viennam ad pristinos carceres
 remittitur, uxori vero suæ, ejusque
 liberis alimenta ex proscriptis ejus bo-
 nis assignantur, arx vero Cæsareo,
 Hungaroque præsidio firmatur, capti-
 que Turcæ, qui in hac arce reperi-
 bantur, Budam remittuntur: præve-
 lente tamen Cæsaris clementia Balas-
 sus anno sequenti rursus libertati asser-
 tus est, eique cuncta bona plene resti-
 tuta; quin tamen insolitæ pietatis
 exemplum quosdam Hungariæ Proce-
 res a rebellione magis periculosa aver-
 tere posset, uti mox referemus.

§. LXX.

*Venetæ classis Præfectus plurium Tur-
 cicarum navium præda potitus.*

Nani Hist. Quamvis Alexander VII. Papa Vene-
Venet. l. 10. tis validas pecuniarum armorum-
 que suppetias adversus Turcas submi-
 sisset, eosque crebris cumulasset bene-
 ficiis, subinde tamen ab illis quasdam
 mole

molestias perpeti cogeatur; cum enim Sæc. XVII.
A. C. 1666.
 Veneti antiquo jure a Pontificiis navi-
 bus in mare Adriaticum excurrentibus
 telonium exigent, Papa, qui suos sub-
 ditos ab hoc onere exemptos credebat,
 illorum damnum reparaturus, Vene-
 torum navigia, quæ in Pontificiis por-
 tubus hærebant, intercipi jussit. Ve-
 neti ergo vicem repensuri, pariter di-
 tionis Ecclesiasticæ naves detinuerunt,
 inde vero intercepta utrinque nego-
 tiatione, ac Romano populo pene ad
 seditionem commoto, Pontifex suum
 mandatum revocare cogeatur, Vene-
 tis suum telonii jus sartum servantibus.
 Hi quoque hoc anno ut Turcas a Cre-
 tensi obsidione averterent, Caneam seu
 Cydoniam intercipere parabant: jam-
 que Mense Januario ad finem vergente
 valida classis e Parosano portu solve-
 rat; tum vero patuit, homines quidem
 magnorum ausuum Ministros, Deum
 vero illorum arbitrum esse; quippe
 tanta erat adversantium ventorum per-
 tinacia, ut non sine maxima vectorum
 molestia naves dudum in anchoris hæ-
 rentes, nonnisi exeunte Mense Fe-
 bruario, alto mari decurrere possent:
 rursus vero immutata repente maris
 fide, horrendus furentium Austro-
 rum impetus navibus interitum mi-
 nitabatur; reddita tamen paulopost
 O 3 sereni-

Sæc. XVII. ferenitate tam densa caligine suppre-
A. C. 1666. mebatur diei nitor, ut nec retro, nec
 prorsum velificandi libertas reliqua
 esset: tandem sedata tempestatum vio-
 lentia classis Sudam attingere poterat,
 exscensione autem facta rursus tanta
 nivis copia præter disturbatum procel-
 lis aerem, ventorumque rabiem ter-
 ram inundaverat, ut inversa climatis
 natura cælumque in miseræ hujus ge-
 tis exitium conjurasse videretur: ac-
 cesserat ad infortunii cumulum invalis
 Turcarum, qui cognita Venetorum ex-
 scensione impetum tentabant, mox ta-
 men a generoso Vertmillero profligati
 Cydoniam reverti compellebantur, cum
 vero Villa Bellidux fugitivos strenue
 insequeretur, incautius, longiusque
 abreptus, pene ad prælii necessitatem
 prolapsus est, cognito autem periculo
 receptui canere jussit, æquato utrinque
 occisorum numero: inutilem tamen
 hunc insultum paulopost compensaban-
 crebræ non minus ac cruentæ velita-
 tiones semper Turcis infastæ: Magis
 prospero adhuc successu Hieronymus
 Grimanni duodecim naves, quas Turci
 commeatu plenas advexerant, eisdem
 in Maliaco sinu eripuit, simulque novum
 milite Candiam seu Cretam adversus
 Barbaros firmavit: interea vero Veneti
 tis nimis præpropere ad quietem festi-

nantibus, Vezirius secundissimis usus Sæc. XVII.
 flatibus die vigesimo octavo Octobris A. C. 1666.
 cum quatuor suorum millibus Cydoniæ
 exscensionem fecit, nimis infesta Cre-
 tensibus vicinia.

§. LXXI.

Salubria Franciæ Regis edicta.

Enimvero Ludovicus XIV. Franciæ Heliot Hist.
 Rex jam a primis Regni sui auspi- des Ord.
 ciis nunc belli, nunc pacis consilia agi- Mon. t. 3.
 tabat, hocque anno Poloniæ Regi, ut § 8.1
 Principem Lubomirskium, rebellesque Abregé de
 subditos ad obsequium redigere posset, l'Hist. Eccl.
 militum suppetias pollicebatur, simul-
 que bello die vigesima sexta Januarii
 Anglis denuntiato, Hollandis valida
 submittebat auxilia: nihilominus inter
 gravissimas hasce curas haud oblivisce-
 batur publicæ Regni sui salutis, quam
 ut sublatis morum corruptelis firmam
 redderet, plura oppido salubria pro-
 mulgavit edicta; præterquam enim,
 quod Viros scientiis & artibus insignes
 largissimis congiariis remunerari præ-
 ceperit, regiam scientiarum societa-
 tem instituerit, atque ad Astronomo-
 rum usum turrim Syderum speculato-
 riam erexerit, insuper die trigesima
 Julii, ut religionem, pietatemque in
 primis habere curis ostenderet, pro-
 mul-

Sæc. XVII. vulgato edicto declarabat, quod om-
 nes, qui sanctum Dei, B. V. aut San-
 ctorum Nomen blasphemasse convicti
 fuerint, pecuniarum multa coerce-
 rentur, si autem quinta vice aucta hac
 poena castigati non resipuerint, Domi-
 nicis ac festivis diebus ferreo collari ad
 infamem palum per quinque horas ad-
 stricti hærent, rursus vero relapsi
 superiora labra & nondum emendatis
 inferiora etiam labra candenti ferro,
 ac denique ipsa omnino lingua excin-
 derentur, indicta quoque pecuniarum
 multa illis, qui intra viginti quatuor
 horas, quos hujus criminis reos no-
 verint, iudicibus denuntiare neglexe-
 rint: Præterea Mense Decembri Rex
 ad sanctum Germanum in Laya novum
 condidit edictum, quo inhibitum, ne
 deinceps ullum Monasterium in regno
 sine Regis venia erigeretur; hancque
 in rem revocabantur cum Episcopi ci-
 viumque consensu quasdam Congrega-
 tiones aut Conventus erigendi faculta-
 tes generatim hucusque concessæ: cum
 enim per aliquot sæcula quamplurimi
 excogitarentur Religiosorum Ordines,
 etiam non sine gravi civium incom-
 modo pene innumera construebantur
 monasteria, præcipue sæculo decimo
 tertio, in quo veluti in consuetudinem
 trahebatur, ut luculentum quoddam
 prodigium

prodigium invulgus spargeretur, cujus Sæc. XVII.
A. C. 1666.
ope in eo loco, ubi miraculum fuisse
patratum dicebatur, primo Ecclesia
postea Monasterium erigi, atque ex
turmatim confluentis populi eleemosy-
nis, & oblationibus largiter dotari
posset: Hoc tamen edicto Rex Episco-
pis minime inhibuit, ne nova in suis
Diæcesibus Seminaria erigere valerent,
dummodo congrue dotarentur.

Regia denique auctoritate stabili-
ta est Congregatio Sanctimonialium Beatæ
Virginis de charitate: Hæc a Vene-
rabili Joanne Eudes anno hujus sæ-
culi quadragesimo quinto erecta, hoc
anno die secunda Januarii ab Alexan-
dro VII. summo Pontifice Apostolicis
litteris confirmata est. Profitentur hæc
Sanctimoniales Regulam D. Augustini,
ac sese quarto voto obstringunt, quod
puellas & fœminas, quæ a libidinosa
vitæ consuetudine ad meliorem fru-
gem redire anhellant, exciperent, at-
que ad purioris vitæ sanctimoniam
reducerent.

§. LXXII.

Principum obitus.

Haud diu Philippo IV. Hispaniarum *Priorat.*
Regi defuncto vita superstes erat *Hist. di*
ejus Soror Maria Anna Mauritia Au- *Leop. p. 2.*
striaca, *l. 7. p. 747.*

O 5

Sæc. XVII. striaca, Ludovici XIII. Conjux & Lu-
A. C. 1666. dovici XIV. Galliarum Regis Mater.

*Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 29.*

Hæc jam integro semestri variis mor-
bis afflictata tandem die sexta Januarii
continua febris corripiebatur, cujus
violentia indies ingravescente, cunctis-
que medicæ artis remediis incassum
adhibitis die decima nona ejusdem
Mensis sacrum Viaticum incredibili
pietate recepit, ac demum omnibus
suis posteris bene precata, præcipue
Ludovico XIV. ejus filio salutaria reli-
quit monita, necnon conatu supra mo-
rientis morem ac fidem intenso hæc
postrema addidit verba: *quæ tibi dixi,
iterum iterumque dico Sacratissimam Eu-
charistiam in lingua tenens*: Altera die,
cum illam vitalis calor linguere inci-
peret, totumque corpus pallore, sudo-
reque gelido sublueretur, tandem Pa-
risiis animam Creatori suo reddidit,
nondum expleto ætatis suæ anno sexa-
gesimo quinto. Mascula erat foemina, quæ
Filio suo adhuc minorene, Regnum
cum tanta prudentia moderabatur, ut
Principes ad debitam reverentiam, sub-
ditos ad obsequium, & populum a tu-
multu ad pacem revocaret: Erat in
adversis constans, in prosperis mode-
rata, in arduis intrepida: Par fatum
subiit Albertus VI. Bavarix Dux, Ma-
ximiliani Henrici Coloniensis Electoris

ac

ac Alberti Sigismundi Frisingensis Epi- Sæc. XVII.
A.C. 1666.
scopi Parens, qui anno ætatis suæ
octogesimo secundo die vigesima quinta
Junii Monachii cum ingenti suorum
præcipue pauperum luctu decessit.
Erat enim Princeps religionis studio,
pietatis fervore ac indolis lenitate con-
spiciuus, insignis Religiosorum fautor,
ac munificus pauperum Parens. Eo-
dem anno die vigesima prima Augusti
Isabella de Este Francisci I. Mutinensis
Ducis Filia, ac Rainutii II. Parmensis
Ducis Conjux tertio connubii sui &
trigesimo primo ætatis anno naturæ
debitum solvere coacta est. Hanc pari-
fato præcesserat die vigesima quinta
Julii Henricus Lotharingiæ Dux, Har-
curtii Comes, qui in Regalis Montis
Abbatia subitanea, non tamen impro-
visa morte sublatuſ est; eadem enim
die, qua obiit, singulari pietate cum
solo Deo non sine domesticorum stupore
versabatur: Heros erat, cui tum Fran-
cia paucos similes felicitate, magnanimi-
tate autem superiorem vidit neminem;
integris enim quadraginta annis, quibus
Gallica signa sequebatur, crebras vi-
ctorias reportabat de Franciæ hostibus,
præcipue Hugonotis, quos terra ma-
rique debellatos ad Regis obsequium
revocavit, totque præliis ac laboribus
non suam gloriam ambitiose, sed Re-
ligio-

Sæc. XVII. ligionis Regnique salutem religiose qua-
A. C. 1666. sivit. Denique die decima septima

Augusti Laurentius Adamus Comes
de Törring Ratisbonensis Episcopus in
sua arce Bertensteiniana vivis valedixit,
cui successit Guidobaldus Comes de
Thun Salisburgensis Archiepiscopus,
postea S. R. E. Cardinalis.

§. LXXIII.

*Jacobi Corradi Ferrariensis Cardi-
nalis vita & decessus.*

*Clacon. in
vita Innoc. X.*

Hunc pariter annum vitæ suæ exiti-
lem habuere quinque Purpurati,
quos inter primus erat Jacobus Corra-
dus Ferrariensis, qui ob eximiam
utriusque jurisprudentiæ scientiam,
spectatam religionem & in sententiis
dicenda constantiam ab Urbano VIII.
sacrae Rotæ Auditor, ab Innocentio X.
Cardinalis, & Æsius Præsul, ac de-
mum ab Alexandro VII. Dataria Apo-
stolicæ Præpositus nominabatur, quo
in munere, dum nec potentum favore,
nec adversantium timore ab æquitatis
semita dimoveri posset, sed cunctis af-
fectibus unicam de Catholica Ecclesia
benemerendi laudem præponeret, in-
gens sibi nomen comparabat: tandem
vero laborum assiduitate fractus, Romæ
die decima septima Januarii ætatis suæ
anno

anno sexagesimo quarto pientissime Sæc. XVII.
 obiit: Egregius erat divitiarum con- A. C. 1666.
 temptor, & pauperum æquique ama-
 tor, ab affinium amore tam alienus,
 ut facultatum suarum hæredes nonnisi
 Transpontinam tituli sui Ecclesiam, &
 Xenodoxium S. Mariæ ex assè institueret.

§. LXXIV.

*Marcus Antonius Franciottus Car-
 dinalis mortuus.*

Sequentis Mensis die nona Corradi
 vestigia preffit Marcus Antonius *Vist. Siro
 in Hist.*
 Franciottus patria Lucanus, qui puer
 adhuc singularia pietatis specimina
 edidit, ac sæpe solus remotisque ar-
 bitris e lectulo surgere, positisque humi
 genibus ad Deum ferventissimas preces
 effundere visus est, foeminam quoque
 impudicam in suum conclave immisam
 impacto in faciem colapho fugavit, ex-
 ortasque inter Bononienses Academicos
 dissensiones senili prudentia composuit.
 Harum virtutum fama Romam delata,
 a Paulo V. Protonotarius, a Grego-
 rio XV. Fabrianus & Faventinus Præ-
 tor, ab Urbano VIII. Cameræ Aposto-
 licæ Clericus, & Auditor, necnon An-
 nonæ Præfectus nominabatur: Emi-
 nuit in eo æquitatis amor, quo inci-
 tatus omnes benigne auscultabat, nec
 ullum

Sæc. XVII. ullum inaudita parte judicabat: quare
A. C. 1666. ab omnibus Judex rectissimus, & in
 labore impigerrimus audiebat. Talem
 igitur tantumque Virum Urbanus VIII.
 jure Cardinalium Collegio accensum,
 Romandiolæ Legationi pluribusque
 Congregationibus præfecit, ac patriæ
 suæ Episcopum renuntiavit; dimissi
 vero Ecclesia sua Romam secessit, ubi
 Innocentio X. & Alexandro VII. a con-
 siliis, Ecclesiæ plurimum profuit; in
 ejus enim suffragiis Sanctitas pariter
 & operosum studium deprehendebatur
 non aliam, quam Christianæ Reipublicæ
 commodum promovendi sollicitudinem
 in animo fovens: Tandem Romæ me-
 ritorum præmium beato fine a Deo
 adeptus est, annos natus septuaginta
 quatuor.

§. LXXV.

*Carolus Medices Cardinalis vita
fundus.*

Ughell. Ital. Sac. *Ciacon. in vita Pauli V.* Nec invida mors Carolo Medices
 Magno Etruriæ Duci hoc anno per-
 percit: Erat is Regiis plane animi do-
 tibus largiter a natura instructus, ac exi-
 miis excultus disciplinis: unde non
 tam sanguinis nobilitate, quam proprii
 meriti præstantia Purpuram a Paulo V.
 adolescens novendecim annorum ade-
 ptus,

ptus videtur. *Ætate provectior to-Sæc. XVII.*
 tum sese Ecclesiæ Romanæ obsequio *A. C. 1666.*
 devovit, plurimumque Sacrarum Con-
 gregationum Consultor semper luculenta
 prudentiæ, Religionis, & pietatis signa
 edidit, necnon Pontensis Ecclesiæ Præ-
 positus jura libertatemque egregie vin-
 dicavit, magnamque suarum faculta-
 tum partem ad ampliandum Dei cul-
 tum impendit, præcipue vero sumptuo-
 sum Florentiæ Templum pro Regulari-
 bus Clericis seu Theatinis a fundamento
 erexit, ibidemque die decima nona
 Junii septuagenarius decessit,

§. LXXVI.

*Hieronimi Columnæ Cardinalis
 extrema.*

Hunc pari mortis necessitate seque-
 batur Hieronymus Columna patria *Vit. in*
 Romanus, qui a puero animum ad S. *add. ad Ciac.*
 militiam propensum præseferens, a *Rasp. de*
 Paulo V. Abbatiam S. Marthæ obtinuit, *Basil. La-*
 tem.
 emensoque Compluti studiorum cursu
 Romam laureatus Doctor reversus, ab
 Urbano VIII. Cardinalis, ac postea
 Bononiensis Archiepiscopus renuntia-
 batur, quam Ecclesiam per duodecim
 annos moderatus, non modo ampliato
 Palatio Archiepiscopali, Bibliorheca
 aliisque fabricis augustiorem reddidit,
 sed

Sæc. XVII. sed insuper celebratis sæpius Conciliis
A. C. 1666. restaurata Christiana & Ecclesiastica
 disciplina, atque eliminatis vitiis, mo-
 rumque corruptelis ad pristinum deco-
 rem revocavit: postquam vero annuente
 Papa Bononienſi Eccleſiæ nuntium mi-
 ſerat, in Hiſpaniam venire a Philippo
 Rege rogatus, ſumma pompa ac bene-
 volentia ibidem excipiebatur. Adſiit
 etiam Regi moribundo, cui etiam de-
 functo juſta perſolvit, ipſamque Mar-
 garitam Auſtriacam Leopoldi I. Impe-
 ratoris Sponſam Madrito in Italiam co-
 mitatus eſt, ubi vero ad littora Ligu-
 ſtica appulerat, vix e navi egreſſus,
 violenta febris correptus eſt, qua etiam
 mox conſumptus, Finarii die quarta
 Septembris annos natus ſexaginta tres
 mortalitatem exiit, poſtquam totam
 ſacram ſuppelleſtilem magnifico Tem-
 plo S. Barnabæ a ſe exſtructo in op-
 pido Marini legaverat, atque argen-
 teum ſcabellum B. Virgini Lauretanæ
 donaverat: Celebratur hic Cardinalis
 præcipue ab animi ſerenitate, ſincer-
 tate, morumque comitate, prudentia,
 & pietate: acutus erat in dijudicando,
 ſuccinctus in dicendo, cautior in a-
 gendo, atque inſignis virorum doctrina
 & pietate illuſtrium fautor, ab omni
 ſaſtu alienus, ſuæ tamen, qua præful-
 ſerat, dignitatis, honorisque vindex
 acerrimus.

§. LXXVII.

§. LXXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1666.*Ascanii Philomarini Cardinalis fata.*

Postremus denique inter Purpuratos hoc anno defunctos erat Ascanius Philomarinus patria Neapolitanus, qui in severioribus disciplinis rara indolis felicitate, & nunquam remisso plura sciendi ardore tantum profecit, ut Doctoratus laurea decoratus jamjam Romæ indefessi sui laboris præmia consequi inciperet; quippe ab Urbano VIII. Cubicularius, Lateranensis & Vaticanæ Ecclesiæ Canonicus, Nuntius Apostolicus in Hispania, Archiepiscopus Neapolitanus, ac demum Cardinalis renuntiabatur: Harum tamen dignitatum proventus non ad luxum & pompam, sed potius ad Ecclesiæ suæ ornatum, Diæcesis emolumentum, gregisque sui levamen impendit; quippe Archiepiscopale Palatium temporum injuria non minus quam incuria pene collapsam maximis impensis reparavit, Domesticum Sacellum, ipsamque Ecclesiam, Templum B. V. apud PP. Carmelitas, aliudque Sacellum apud Clericos regulares marmore, sacra suppellectile, & pictis tabulis exornavit, ditavitque: populum vero rebellem non sine propriæ vitæ periculo ad Regis

*Priorat. in
Theatr. Vir.
Illustr.
Silos in Hist.
Cler. Regul.
Ughell. Ital.
Sac.*

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

P

gis

Sæc. XVII. gis obsequium reduxit, aberrantes
A. C. 1666. oves verbo & exemplo ad salutis pe-
 scua revocavit, contagione ac inopia
 laborantes indefessa sollicitudine cor-
 poris & animæ remediis adjuvit, om-
 nibus omnia factus. Habebat Majes-
 tati morumque gravitati ita conjun-
 ctam modestiam, ut tristitiam & arro-
 gantiam semper exueret, quin ipsius
 comitas authoritatem, aut severitatem
 clementiam diminueret, nunquam ex-
 candescere visus, nisi quando vitiorum
 inveterata pertinacia, aut violata
 immunitatis Ecclesiasticæ injuria acer-
 biorem censuram extorquebat. Pro-
 tracto demum gloriosæ ætatis cur-
 culo usque ad annos octoginta tria
 Neapoli die tertia Novembris hac vita
 ad cælestem, ut pie credimus, vitam
 emigravit.

§. LXXVIII.

*Ludovici Maresii sermo in defen-
 sionem censuræ a Facultate Pari-
 sienti contra Vernantum &
 Guimenium pronuntiata.*

Vid. supra Crebræ adhucdum Parisiis ob nup-
§. 28. p. 80. ram Facultatis Theologicæ cen-
Collect. nova ram contentiones fervebant; studi-
ant. Cler enim in diversa trahentibus quidam
Gall. tom. 2. Facultatis

Facultatem, & Parlamentum de Pon- Sæc. XVII.
tificis auctoritate nimium læsa incusa- A.C. 1666.

bant, alii e contrario Papam limites excessisse spargebant: cum autem præcipue Ludovicus Maresius Sacerdos ac Parisinæ Facultatis Doctor accusaretur, quod in suis sermonibus postposita omni veneratione adversus Papam declamasset, hinc suam vindicaturus innocentiam, die octava Octobris in Ecclesia ad S. Jacobum, quo Rector, totaque Sorbona habita solemnī supplicatione convenerat, in veritatis, seu potius Facultatis defensionem sermonem habuit, a multis sugillatum, a sola tamen Sorbona maximopere deprædicatum. Selegerat sibi thema ex illis S. Lucæ verbis: *At illi tacuerunt c. 14.* Exposuerat, quod olim Pharisei, tanquam canes muti, non valentes latrare, suo silentio veritatem injuste oppressam reliquerint: tanquam dormientes, & nil nisi vana videntes veritatem suis dolis & fraudibus corruerint, & veluti canes impudentissimi amantes somnia, veritatem furiosa erroris obstinatione etiam convicti everterint: hos appellabat timidos, dolosos atque impios; econtra autem ostendebat, quod Doctor Catholicus, cujus est populum docere, nunquam veritatem suo silentio prodat, nunquam sua pravitate corrumpat.

P 2

fed

Sæc. XVII. sed cognitam veritatem tueri paratus,
 A. C. 1666. nunquam in errore pertinaciter persistat.

Proin sit intrepidus, sincerus, & humilis: quam graviter autem Deus contra Pastores timidos, & eos, qui veritatem injuste opprimi, sua connivencia patiuntur, queratur, demonstratur ex variis Prophetarum textibus, quibus subjunxit, quod quamvis circa veritates omnino ad salutem haud necessarias Christiana prudentia silentium suadeat, quando ex nimio Zelo dissensiones & discordiæ inter fideles oritur, timentur, nihilominus tamen si Ecclesiæ Doctor circa religionis articulum vel circa credenda, aut hic & nunc agenda consultatur, suoque silentio veritatem opprimi cernit, haud ultra tacere valeat, etiamsi potissimos in errore versari, aut nonnisi quatuor vel quinque homines veritatem sequi agnosceret: Postea adversus dolosos declamans, adduxit hæreticos, qui sacras literas pro tuendis suis erroribus depravarunt, tum sermone converso ad errores Jacobi Vernanti & impietates Guimenii, hunc verba S. Scripturæ profanasse, illum totam Hierarchiam, omnesque Ecclesiæ libertates evertere aiebat, deprædicans censuram Facultatis contra juratum hunc Ecclesiæ Doctorem ita declamantis: Idcirco necesse est

*Facult. in
 Præf. cens.
 contra Jac.
 cob. Vern.*

Doct.

Doctores, quos Deus dedit ad consumma-
tionem sanctorum in opus ministerii, in
aedificationem corporis Christi, quod est
Ecclesia, animose & fortiter resistere ho-
minibus illis, qui cum non acquiescant sanis
sermonibus Domini nostri Jesu Christi, etsi
quæ secundum pietatem est doctrinæ, omnia
potestatis Ecclesiasticæ jura confundunt, &
Hierarchiam divina ordinatione institutam
occultis & subdolis molitionibus subvertere
non verentur &c. Laudat etiam Facul-
tatem, quod Doctores Guimenio si-
miles nominarit fumosæ, laxiorisque
Theologiæ agyrta, docentes, quæ non
oportet, turpis lucri gratia.

Acrius postea invehebatur in Pon-
tificem, eique adjudicatam infallibili-
tatem, ita exclamans, „novissimis hisce
„temporibus novum genus corrupto-
„rum exortum est, qui universali Ec-
„clesiæ prærogativam a suo Sponso ac-
„ceptam, seu supremam sine erroris
„metu circa religionis controversias de-
„cidendi auctoritatem auferre molien-
„tes, absque novitate illam unico ho-
„mini adjudicant, cujus decisiones tam
„circa fidem, quam mores velut ora-
„cula cæco obsequio recipere tenere-
„mur, quin eas, an S. literis, tradi-
„tionibus, & antiquis Ecclesiæ Cano-
„nibus consonæ sint, discutere liceret. „
Quod autem Facultas tam periculoso er-
rori,

In Præf.
cens. contra
Guim.

Sæc. XVII
A. C. 1666. rori, tamque perniciosæ consecutioni
 sese ingenito Zelo & constantia oppo-
 fuerit, hancque doctrinam velut fallam,
 temerariam, scandalosam & hæreti-
 cam in sua censura damnarit, eam pro-
 pterea hic Concionator summopere
 commendavit, rursus in Vernantum in-
 vehens, eoquod, licet Papam Ecclesiæ
 & Conciliorum decisionibus subjectum
 esse haud ignorarit, Papam tamen ab-
 solutum Dominum & Ministrum inde-
 pendentem ab omnibus etiam Ecclesiæ
 legibus sub frivola distinctione directæ
 & indirectæ effecerit, eumque adu-
 latione haud toleranda & scanda-
 losa Ecclesiæ correctioni subtraxerit,
 ut ejus errores insanabiles, & ejus peccata
 sine remedio essent: Carpsit postea Ver-
 nantum, quod in totius Franciæ ocu-
 lis scribere ausus fuerit hæc verba:
*Dum Pontificum vel Liberii ignaviam, vel
 Felicis ambitum honorum, vel Joannis
 XXII. singularem opinionem, non solum
 quasi privatorum hominum culpas, sed Ec-
 clesiæ Caput hæreses traducis, non
 promotes Calvinistarum causam, & ita
 ad perfugium Ecclesiæ invisibilis munis-
 nisi malis nos in Atheorum voraginem præ-
 cipites dare. Denique hic Concionator
 detestatur pertinaciam eorum, qui di-
 cunt; jam semel erravi, ergo in errore
 perseverare debeo, agitur de meo honore &*
 audio

auctoritate, jam semel condemnavi hanc Sæc. XVII.
doctrinam, & hujus hominis Personam, A. C. 1666.
necesse est, ut hunc & omnes, qui eum de-
fendunt, ulterius condemnem & insecter:
 contra hos adduxit exempla summorum
 Pontificum, S. Gregorii Magni, Hilarii,
 Paschalis II. Gregorii XI. aliorumque,
 qui se Ecclesiæ reprehensioni obnoxios,
 & fallibiles agnoverunt, hancque in
 rem etiam adduxit, quod summus Pon-
 tifex in Canonisationum Bullis ita pro-
 loquatur: *antequam ad pronuntiandum*
veniamus, protestamur publice apud vos
præsentem, quod per hunc actum canonisa-
tionis, non intendimus aliquid facere, quod
sit contra Catholicam Ecclesiam, aut ho-
norem Dei.

Christ. Mar-
cell. Congr.
Episc. l. I.
Cærem.
Rom. Eccl.
sect. 6.

Hic sermo die tertia Novembris
 Parisiis a Joanne Payeno Sorbonæ Do-
 ctore & Parocho ad S. Genosiam ap-
 probatus est, præliques copia Typo-
 grapho a Parisiensi Curia die decima
 tertia Octobris fuit concessa.

§. LXXIX.

B. Franciscus Salesius ab Alexan-
dro VII. Sanctorum fastis
adscriptus.

Jam quintus evolvebatur annus, ex *Vid. supra*
 quo Alexander VII. Franciscum Sa-
 lesium Gebenensem Episcopum Beato-
 rum

Sæc. XVII. rum honoribus celebrari indulserat.

A C. 1666. cum autem nihil deesset eorum, quæ

Bullar.

magn. Ale-

xandri VII.

Const. 166.

ex S. Patrum auctoritate, & Ecclesiæ decretis ad ipsa Canonisationis solennia requiruntur, hinc idem Pontifex ad Franciæ Regis, ejus Matris, & Henriætæ Angliæ Reginæ, necnon Bavariz & Sabaudiz Ducum, aliorumque preces hoc anno die duodecima Maji Beatum hunc Episcopum Sanctorum Catalogo adscripsit. Hunc in finem Apostolicum edidit diploma, in quo hunc actum non ex Divina institutione, sed duntaxat *juxta laudabilem & veterem Romanorum Pontificum consuetudinem* in Ecclesia fieri profitebatur, ac recensitis hujus sancti virtutibus, & Apostolico Zelo in hæreticis non vi, sed Divini Verbi potentia ad Ecclesiæ sinum revocandis, inter plurima, quibus Vir Dei inclaruit, prodigia duntaxat duorum mortuorum resuscitationes, quatuor Paralyticorum sanationem subitanæ, & unius cæci illuminationem retulit. His autem rite probatis, ejus diem festum vigesima nona Januarii quotannis recoli concessit. Huic Constitutioni duntaxat triginta & octo Cardinales subscripti leguntur.

Sæc. XVII.
A. C. 1666.

§. LXXX.

Alicæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

Præter hanc Constitutionem idem summus Pontifex alia edidit de-
creta, & primo quidem, cum Cister-
ciensium Ordinem ob temporum cala-
mitatem a primævæ institutionis semita
deslexisse intellexisset, ut collapsa di-
ciplina, & sublatis diffidiis inter com-
munis & strictæ observantiæ Monachos
exortis, pax restauraretur, habito con-
silio cum Claudio Vauslin Abbate Ge-
nerali, aliisque Abbatibus novæ refor-
mationis articulos confirmavit, atque
inter alia circa carniū abstinentiam,
gravioris diffensionis argumentum,
fancivit, ut illi, qui hanc abstinentiam
amplexi sunt, vel imposterum ample-
ctentur, illam exacte retineant, nec
ad communem observantiam sine S. Se-
dis licentia transire valeant, quin ta-
men communis observantiæ Professo-
ribus sine sui Abbatis venia ad perpe-
tuam hanc abstinentiam transire liceat;
nulli quoque Superiores ullum ad eam
recens amplectendam cogere, nec etiam
in hac observantia educatis licentiam
vescendi carnibus dare possint, nisi
duntaxat tribus diebus in hebdomada.

Vide supra
l. 104. §. 13.
pag. 462.
Et 651.
Bull. l. 4.

Sæc. XVII. Statuit etiam idem Pontifex die viginti
 A. C. 1666. prima octava Januarii, ut deinceps Ca-
 pitulum Generale Congregationis Ere-
 mitarum Camaldulensium de biennio
 in biennium, dieta vero seu Congre-
 gatio Provincialis anno post celebratum
 Capitulum Generale proximo celebra-
 da sit. Denique die nona Augusti Pape
 Abbati Generali Congregationis Cano-
 nicorum Regularium S. Salvatoris in-
 dulgit, ut habitum Prælatitium de-
 ferre possit.

§. LXXXI.

*Quædam decisiones S. Congregatio-
 num Romanarum.*

*Decis. S. Con-
 gr. Rit.
 Episc. Conc.*

Hoc item anno sacra Rituum Con-
 gregatio die decima tertia Februarii
 rii decidit, quod, si exponitur Sacra-
 mentum in altari pro initio quadraginta
 horarum vel spiritualium exercitatio-
 num, si accidat in festo primæ vel se-
 cundæ classis, sive in dominica privi-
 legiata primæ vel secundæ classis, tunc
 in collegiatis vel duæ cantentur missæ,
 una de festo, seu dominica post tertiam,
 altera votiva de sacramento post nonam:
 vel una cantetur de die cum
 commemoratione SS. Sacramenti. Die
 autem undecima Septembris S. Con-
 cilio Congregatio declaravit, quod Ca-
 nonicus

nonicus Pœnitentiarius, si Episcopo Sæc. XVII.
A. C. 1666.
sic videbitur, possit eligi in Confessa-
rium Monialium, dummodo valeat
utrique muneri satisfacere, ac denique
S. Rituum Congregatio die decima
octava ejusdem Mensis decrevit, quod
si simul transferenda sint festa S. Marci
Evangelistæ, & SS. Apostolorum Phi-
lippi & Jacobi, prius reponatur festum
S. Marci, dein alterum SS. Aposto-
lorum.

§. LXXXII.

*Epistola Pastoralis Episcopi Mona-
steriensis ad Clerum.*

Rursus Christophorus Bernardus de
Gallen Monasteriensis Episcopus
juxta Synodorum veterum legem, qua
Diæcesana Synodus bis quotannis ha-
beretur, Diæcesanam Synodum cele-
brare præpeditus, saltem epistolam
Pastoralem ad suum Clerum transmisit,
ac quidem hoc anno die tertia Aprilis
præter innovata priorum Synodorum
statuta præcepit, ut Clerici cunctas
suspectas mulieres e domibus suis, imo
etiam civitatibus & pagis excludant,
ut nihil sinistri de iisdem suspicari li-
ceat: denuo etiam eos hortabatur, ne
conspirationes inter se invicem, minus
vero contra Prælatos & Superiores
suos

Sæc. XVII. suos conflent: Monuit etiam Clericos,
A. C. 1666. ut in testamentis condendis ea bona,

quæ potissimum ex Dei cultu, Ecclesiæ proventibus, & pauperum eleemosynis receperunt, denuo ex testamenti dispositione, majore saltem ex parte ad eosdem revolvant.

Indixit quidem idem Episcopus Synodum Diæcesanam ad feriam tertiam post Festum S. Gereonis, cui tamen ipse aliis distentus negotiis non interfuit, omnia vero, quæ in prioribus sancita fuere, confirmari curavit.

§. LXXXIII.

Catholici in Transylvania oppressi.

Sub idem tempus Sophia Georgii Ragotsii II. Transylvaniæ Principis defuncti Vidua Conjux e Calvinici caliginis in lucem Catholicæ veritatis traducebatur, ringentibus hæreticis Hungaricis qui non modo præfatum Georgium Principem ante obitum suum, sed et super ejusdem Filios ejurata secta cum Ecclesia Romana conjunxisse indignabantur: Acrius adhuc eos peragit Carmen Epithalamicum in gentilitiam Principis Ragotsii gladiatam in hereses aquilam, quod Joannis Antonii Serinii Moderator typis ediderat eo tempore, quo Franciscus Ragotsius Peti

Petri Serinii Comitis Filiam duxit: Sæc. XVII.
A. C. 1666.
 Postquam vero Sophia insuper Catho-
 licam fidem in suis ditionibus propa-
 gare, strenue cæperat, Calvinistæ inde
 in rabiem acti, extrema potius perpeti,
 quam Catholicæ religionis incremen-
 tum tolerare decreverunt: eapropter
 apud Michaellem Abassium Transylva-
 niæ Principem, acerrimum Calvi-
 nianæ sectæ Fautorem questi, eundem
 instigarunt, ut jactato Sultani man-
 dato Ragotios non modo ex tota sua
 ditione, sed ipso etiam Principatu ex-
 turbare aggrederetur: Jamjam ino-
 pino impetu Schamblensem Ragotio-
 rum arcem interceptit, suoque trecen-
 torum præsidio firmavit, junctaque
 cum ceteris Calvinistis opera nil in-
 tentatum inausumque reliquit, ut Ca-
 tholicos omni, quo posset modo oppri-
 meret, & quamvis a Cæsare manda-
 tum extorsisset, vi cujus Sophia re-
 formationem sistere, sectæque liberta-
 tem relinquere jubebatur, nihilominus
 Catholicos & Ragotios durius habere
 haud cessavit: Tandem ergo Cæsar ho-
 rum calamitatem misertus, Kaszonio
 Metropolitanæ Strigoniensis Ecclesiæ
 Canonico negotium dedit, ut suo no-
 mine Fogarasi apud Abassium intercede-
 ret, ne utpote justitiæ Minister, ac pa-
 triæ Pater Catholicos subditos suos,
 eorum-

Sæc. XVII. eorumque Sacerdotes a furiosis Calvinistis turbati, opprimi, lædi, ac contumeliis affligi pateretur, sed potius permetteret, ut sub ejus regimine Vicarius, Episcopus, ceterique Ecclesiastici Superiores libere suos inferiores Sacerdotes utpote receptæ Religionis Ministros regere, ac cum illis quiete & tranquille vivere valerent, necnon incolæ ad instar aliarum receptarum religionum liberam exercendæ religionis suæ facultatem haberent, nec ab aliis sub quovis obtentu vexarentur: Verum ad istam hanc Cæsaris petitionem surdas habuit aures Calviniana rabies, odiumque in Catholicos prævaluit.

§. LXXXIV.

Alexandri VII. Pontificis decretum circa Attritionem intra Sacramentum & penitentiam.

*Vid. supra
l. 204. §. 92.
pag. 674.
Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 324.*

Cum hoc anno in Duacensi Universitate summa animorum contentione ageretur hæc quæstio, *an attritio ex metu pænæ concepta peccandi voluntatem excludens cum spe veniæ, intra Sacramentum penitentiae sufficiat?* hinc Alexander VII. majora mala inde oritura veritus, die quinta Maii in Generali Congregatione Romanæ Inquisitionis sequens

sequens decretum promulgari iussit (*). Sæc. XVII.

„Sanctissimus Dominus noster Alexan- A. C. 1667.

„der Papa VII. cum acceperit, non
 „sine gravi animi mærore scholasticos
 „quosdam acrius, nec absque fidelium
 „scandalo inter se contendere, *an illa*
attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ
excludens voluntatem peccandi cum spe ve-
nitiæ ad impetrandam gratiam in sacramento
pœnitentiæ requirat insuper aliquem actum
dilectionis Dei? asserentibus quibusdam,
 „negantibus aliis & invicem adversam
 „sententiam censurantibus, Sanctitas
 „sua enixe cupiens pacis vinculum in-
 „ter fideles servari, omnemque scis-
 „suræ fomitem extinguere, auditis vo-
 „tis Eminentissimorum ac Reverendis-
 „simorum DD. Cardinalium adversus
 „hæreticam pravitatem generalium in-
 „quisitorum, necnon Consultorum, &
 „qualificatorum sacræ Congregationis
 „hoc præsentî decreto in virtute sanctæ
 obedi-

(*) Observandum videtur, ex eo, quod
 hic Papa alterutram opinionem censura affici
 vetnerit, non sequi, quod utramque agno-
 verit ut probabilem, quia id prohibuit duntaxat
 pacis reducendæ & scandali prævertendi stu-
 dio, sicut ob parem rationem inhibuit alter-
 utram sententiam de Immaculata Conceptio-
 ne censuris perstringi, licet affirmativa sit
 moraliter certa.

gæc. XVII. „obedientiæ, & sub aliis poenis ex
A. C. 1667. „communicationis latæ sententiæ huius

„sanctæ Sedi reservatæ, aliisque poenis
 „ejusdem sanctæ Sedis arbitrio taxan-
 „dis, præcipit cunctis, & singulis fi-
 „delibus, quocunque gradu ac digni-
 „tate etiam Episcopali & majori, imo
 „& cardinalitia fulgentibus, ut si de-
 „ceps de materia attritionis præfata
 „scribent, vel libros aut scripturas e-
 „dent, vel docebunt, vel prædicabunt,
 „vel alio quovis modo pœnitentes, aut
 „Scholares, cæterosve erudiant, non
 „audeant alicujus Theologicæ censuræ,
 „alteriusve injuriæ aut contumeliæ nota
 „taxare alteram sententiam, siue ne-
 „gantem necessitatem aliqualem dilectio-
 „nis Dei in præfata attritione ex metu
 „gehennæ concepta, quæ hodie inter
 „scholasticos communior videtur; siue
 „asserentem, dictæ dilectionis necessi-
 „tatem, donec ab hac sancta sede fue-
 „rit aliquid hac in re definitum, sit
 „tuitque præterea decretum hoc, seu
 „illius exemplum ad valvas Basilicæ
 „Principis Apostolorum de urbe, & in
 „acie campi floræ affixum omnes ubi
 „que existentes arctare & afficere, ac
 „unicuique personaliter fuisset inti-
 „matum.,

Attamen hoc decretum in Galliâ
 non fuit receptum, imo Anno Christi
 mille

millesimo septingentesimo Clerus Gal- Sæc. XVII.
 licanus in suis comitiis apud S. Ger- A. C. 1667.
 manum in Laya habitis die quarta
 Septembris declaravit, quod actum
 fidei & spei elicere in Sacramento non
 sufficiat, nisi quis Deum tanquam fon-
 tem omnis justitiæ diligere incipiat.

§. LXXXV.

*Novem Præsules ad dijudicandam qua-
 tuor reclamantium Episcoporum
 causam a Papa delegati.*

Quantumvis non modo Alexander *Abb. du Mas*
 VII. summus Pontifex in suo de- *Hist. des*
 creto, sed etiam Ludovicus XIV. Gal- *cinq. prop.*
 liarum Rex in suo edicto mandata qua- *lib. 6.*
 tuor illorum Franciæ Præsulum, qui *Acta Card.*
Rospil.
 præscriptam formulam sine limitatione
 recipere recusarunt, tanquam nulla &
 Pontificis menti adversa rejecisset, ni-
 hilominus hi accitis etiam sociis hanc
 suam opinionem pro aris & focus pro-
 pugnant: inde vero haud parum
 commotus Rex, ne Ecclesiasticorum
 causam suo iudicio subjecisse videretur,
 datis ad Papam literis petiit, ut duo-
 decim Franciæ Præsules nominaret,
 qui de quatuor horum Episcoporum
 contumacia cognoscerent, & adversus
 eos juxta Ecclesiæ Canones procede-
 rent: Ad has literas Pontifex respon-
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Q dit,

Sæc. XVII dit, quod solum Parisiensem Archiepiscopum
A. C. 1667. scopum tanquam executorem nominare decreverit, ipse quoque quatuor
 hisce Episcopis significarit, ut formula simpliciter & pure subscriberent, si tamen contumaces fuerint, Pontificiis functionibus interdicti & ab Ecclesiarum ingressu exclusi declararentur: postea tamen Papa tres adhuc Episcopos nominare statuit: id vero Franciæ Præsulibus non probabatur, vicissim vero Pontifici duodenarius Judicum numerus displicuit, ne ratum habere videretur privilegium, vi cuius Franciæ Episcopi a paucioribus, quam duodecim Prælati judicari haud posse, prætendunt; licet enim id in quodam Canone sancitum legatur pro casu, quo Episcopus coram Metropolitano accusatur, non tamen id vim obtineat, quando talis insimulatur coram Papa: Ne vero Pontificis Regis voto deesset, tandem in Congregatione hanc in rem stabilita die vigesima secunda Aprilis novem delegavit Præsules, concessa eisdem facultate, alios sibi subrogandi, si forte eorum nonnulli Jansenio favere crederentur, aut hoc negotium in se suscipere recusarent: Attamen cum Judicum electus haberetur, multique aut de Jansenii

lecta



secta, aut Jansenistarum favore in sus- Sæc. XVII.
picionem traherentur, Alexandro VII. A. C. 1667.
interim fatis functo, totum negotium
interruptum est, atque inter varias
contentiones, quæsitæque moras hi
quatuor Episcopi sat commodum suas
partes numero & auctoritate firmandi
spatium nacti sunt.

§. LXXXVI,

*Octo Cardinales ab Alexandro VII.
Papa inaugurati.*

Ex gravibus, quibus Alexander VII. Ciacon. in
vita Ale-
xand. r VII.
tom. 4.
Papa jam a longo tempore afflicta-
batur morbis, ipse vicinum vitæ suæ
finem sibimetipsi prælagiebat, ac pro-
pterea, quæ ad Ecclesiæ utilitatem,
tranquillitatemque conferre autuma-
bat, adhuc perficere intentus, præci-
pue sacrum Purpuratorum Collegium
die septima Martii novis octo augebat
Cardinalibus, quorum primos quatuor
jam anno priori selectos hucusque ta-
citis eorum nominibus in animo reti-
nuerat. Erant autem sequentes I. Ju-
lius Spinula Genuensis Patritius Car-
dinalis Presbyter tit. SS. Sylvestri &
Martini. II. Carolus Robertus de
Victoriis ex Archiepiscopo Tharsensi
Cardinalis tit. S. Mariæ in Ara Cæli.
III. Vitalianus de Comitibus Medio-
lanen-

Sæc. XVII. lanensis, Archiepiscopus Ephesus,
A. C. 1667. Cardinalis tit. S. Agnetis. IV. Iunius
 Caracciolus Neapolitanus Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis. V. Joannes Delphinus Patriarcha Aquileiensis Presbyter Cardinalis S. Salvatoris in Lauro. VI. Guidobaldus de Thun natione Germanus Presbyter Cardinalis sine titulo. VII. Ludovicus de Vendome Cardinalis Diaconus S. Mariz in Porticu. VIII. Aloysius Guilielmus Moncata Cardinalis Diaconus sine titulo.

§. LXXXVII.

Alexandri VII. summi Pontificis obitus.

*Ciacon. in
 vita Ale-
 xandri VII.
 tom. 4.*

Senferat equidem Alexander Papa proximius halitum suum ad ultimam lineam decurrere, seque divina voluntate in æternitatis forum evocari, quæ circa die decima tertia Aprilis Purpuratorum conventum indixit, in quo habita pia, ac pro more suo disertæ oratione cunctis supremum veluti vultu dicens, eos lacrimis ubertim interfluentibus hortabatur, ut solius Dei gloriam Sedis Apostolicæ honorem, ac Ecclesiæ incrementum respicientes, viri Ecclesiæ tam periculoso tempore regendæ idoneum seligerent: Ab eo tempore

poris momento plerumque solus & sibi Sæc. XVII.
A. C. 1667.
plane, suisque curis relictus, in pœ-
nitundine delictorum, & præteritæ æta-
tis accusatione sese ad supremam luctam
accingebat; tandem vero post diutur-
nos, acerbissimosque dolores invicta
Christiani animi fortitudine toleratos
die vigesima secunda Maji placidissime
obdormivit in Domino, anno ætatis
suæ sexagesimo octavo, Pontificatus
vero duodecimo cum unico Mense, &
quindecim diebus.

§. LXXXVIII.

*Ejusdem Pontificis gesta in Pon-
tificatu.*

Sub ipsa Pontificatus auspiciis Alexan- Palat. in
vita Ale-
xandri VII.
der VII. jamjam gravissimis undique
rerum angustiis premebatur, ac sæpe
innumeras tam ardui muneris curas
dolebat, mæstoque prioris vitæ deside-
rio, & recordatione, præsentem, mi-
seramque servitutem sub amplissimi ho-
noris specie impositam deplorabat: ni-
hilominus virtute ex alto roboratus,
cuncta adversa invicto animo excepit,
atque impigro labore & prudentia su-
peravit: Afflictabatur Romana Urbs
fame ac pestilentia, quæ tamen mala
providus ac liberalis Parens humanis,
Divinisque remediis & copiosa annona

Sæc. XVII. a remotis etiam Batavis coempta de
A C 1667. pulit: Inclaruit singulari religionem

Catholicam propagandi studio, necnon
profusa liberalitate, qua Christianis
Principibus contra orthodoxæ fidei
hostes pugnantibus pecuniam, copias
& classes subministravit, præcipue Ca-
lolo Emanueli Sabaudix Duci adver-
sus Calvinistas Vallium Alpinarum in-
colas bellum gerenti, Regi Polonix
armis Suecorum pene oppresso, Regi
Hungariæ a Turcis infestato, Catho-
licis in Helvetia per Tigurinos & Ber-
nates hæreticos dire vexatis, necnon
Venetæ Reipublicæ, quam in Creten-
Insula a Turcis diuturno bello pressam
classibus, & pecuniarum militumque
suppetiis adjuvit, atque ad parem libe-
ralitatem Cardinales & Principes Chri-
stianos incitavit. Ceterum, cum in
vestitu omnique alio proprii corporis
cultu munditiem & decorum, non veni-
affluentiam aut pompam quæreret, in
exornanda tamen Romana urbe, & re-
staurandis Ecclesiis ingentes profudit
thesauros; præprimis enim Pantheon
clarissimum illud veteris Romæ Tem-
plum insigni porticu, & raræ magni-
tudinis columnis exornavit, Divi quo-
que Petri Cathedram a quatuor Eccle-
siæ Doctoribus suffultam ex ære deauratam
in aspide Templi Vaticani constituit,
nec

necnon constructis navibus portum Cen-Sæc. XVII.
tum cellarum restauravit, sacras ædes A. C. 1667.
B. V. Mariæ de Populo, de Pace, B.
Mariæ Assumptæ, & B. Mariæ gratia-
rum, necnon Monasterium Monialium
de refugio, pluresque alias sacras ædes
vel recens erexit, vel augultiores red-
didit: Palatium quoque Castri Gan-
dulf, & Archigymnasium Romanum
locupletissima Bibliotheca auxit, & ad
regiam pene magnificentiam perduxit,
denique Officinam monetariam, alia-
que ædificia Romanæ antiquitatis ac
pompæ æmula construxit. Erat hic
Pontifex sane literarum, & omnigenæ
eruditionis ornamentum longe maxi-
mum, in pervestigandis antiquitatum
monumentis solertissimus, & in vete-
rum manuscriptorum Codicum lectione
adeo versatus, ut quoscunque barbaro
etiam atque exoleto caractere exaratos
prompte penetraret, & feliciter asse-
queretur, atque ex his plura ad il-
lustrandam obscuriorum temporum eru-
ditionem assiduo non minus ac proficuo
labore colligeret, quæ etiamnum præ-
ter ipsius poemata, aliosque Codices
notis a se illustratos Romæ asservan-
tur. Literatos quoque singulari æsti-
matione & affectu præcipuo complexus,
Romæ Collegium instituere decreverat
Virorum ingenio & scientiæ fama in-

Sæc. XVII. clytorum, qui ex omnibus Christiani
 A. C. 1667. Orbis Provinciis accersiti, suis lucubrati-
 onibus fidei dogmata tutarentur, & Sedis Apostolicæ hostes, eorumque
 molimina retunderent. Præclarum tamen hoc opus exequi præpediebatur
 exorto Romæ dissidio cum Cregorio Franciæ Oratore, cujus jam supra me-
 minimus. Talis tantusque Pontifex, quem nequidem Coburgenses Acade-
 mici consuetis suis vituperiis lacessere audebant, Hübneri tamen lividos den-
 tes effugere haud poterat, qui illum triplicis voti, quo tamen Alexandrum
 se obstrinxisse, præter hunc maledicum, nullus memorat transgressorem cri-
 minatur: solus Joannes Baptista Nani privato in Alexandrum odio incensus,
 illum carpit, quod otiosis studiis, & v-
 nis ædificiis intentus, Principum necessitates & populi miseras neglexerit, suosque
 Nepotes ultra modum locupletans, atque inutilia ædificia erigens, inter gravissimas
 calamitates & vexationes Pontificias ditio-
 nes ad inopiam redegerit, eapropter a Principibus ob Regiminis sui labes vilipensus de-
 cesserit. & populus eidem insensus, post ejus obitum fratris sui familiam injuriis
 cumularit. Hæc vero censura sat super-
 que confutatur encomio Joannis Trösteri A catholici, testantis, quod Alexander VII. suis virtutibus tam a Romanæ
 Eccle-

*Ecclesia, quam ab exteris potentiis immor- Sæc. XVII.
tale sibi compararit nomen. A. C. 1667.*

§. LXXXIX.

*Julius Rospilosus Cardinalis in Pa-
mam electus & Clemens IX.
appellatus.*

Mortuo Alexandro VII. eique novem- *Ciac. in vita
Clem. IX.*
dialibus exequiis de more perso-
lutis, Cardinales numero sexaginta
quatuor, nonnisi quatuor absentibus,
Vaticana comitia die secunda Junii in-
gressi sunt: Vix ullum memoratur con-
clave, in quo major esset suffragantium
unio, & ferme nulla adversantium factio;
adeo enim spectatam omni occasione
virtutem, prudentiam, regiamque celsi
animi magnitudinem præ ceteris præ-
seferebat Julius Rospilosus Cardinalis,
ut ad primam Decii Azolini proposi-
tionem ceteri ferme omnes Purpurati
in solum Julium conspirarent. Ejus
electionem paulisper retardabat diu-
turna ac periculosa corporis infirmitas,
a qua cum nondum plene convaluisset,
ac pedum usu destitutus esset, in ean-
dem brevi ægritudinem relapsurus ti-
mebatur, nimis etiam præfestinus in-
certo auctore per urbem rumor volita-
bat, omnia Patrum suffragia in Julium
conspirasse; inde enim quorundam

Q 5

acue-

Sæc. XVII. acuebatur æmulatio, quæ aliquot die-
 A. C 1667. rum moram electioni ingessit: tandem

vero superatis omnibus, Rospilius
 unanimi suffragantium consensu, ac
 Franciæ & Hispaniæ Regum, Cæsa-
 risque beneplacito, die vigesima Junii
 vacantem nonnisi viginti novem diebus
 Sedem Apostolicam implevit Pontifex
 Maximus, qui Clementis IX. nomine in-
 signiri voluit, quod nomen placidum
 ejus moribus, & profitendæ mitissimæ
 ingenii indoli aprissime congruebat:
 eapropter moneta Romæ cudebatur
 pellicanum rostro pectus mordentem
 exhibens, cum hac epigraphe, *olus
 non sibi Clemens.* Postmodum in Sede
 D. Petri collocatus, ad congregandos
 Cardinales orationem plurium sæculi
 virtutum indicem habuit, ita prolo-
 cutus:

„Primum agimus, ac semper actum
 „sumus humilimas gratias omnipotenti
 „Deo, qui nostram humilitatem re-
 „spexit supra meritum, supra votum
 „Deinde ut Leonis Magni verbis uti-
 „mur, vestræ quoque humanitatis ar-
 „bitrium debita gratiarum actione con-
 „celebramus, qui nullis præcedentibus
 „meritis tale de nobis iudicium protu-
 „listis. Hinc imbecillitatis nostræ ge-
 „mina exoritur in tanti operis disci-
 „mine subsidii spes, altera ex præpo-
 „tentis

„tentis Dei patrocínio, ex Consilio ve- Sæc. XVII.
„stro altera. Certum enim est, nos A. C. 1667.
„non modo agere non posse aliquid,
„sed ne cogitare quidem a nobis, tan-
„quam a nobismetipsis, sed omnem
„sufficienciam nostram esse a Deo, ideo-
„que gaudemus freti hac spe, fore, ut
„Clementissimus Dominus, qui ad osten-
„dendas divitias omnipotentis suæ vo-
„cat ea, quæ non sunt, tanquam ea,
„quæ sunt, Nobis abunde impertiatur
„eam divini spiritus auram, qua felici-
„ter in tot sæculi fluctibus Ecclesiæ na-
„vim regamus. At nunquam navis
„regitur a solo nauclero. Prævidere
„is potest pericula, cursum ordinare,
„instruere vela, sed eget consilio, &
„ope multorum. Igitur vestra consilia
„nobis esse perquam necessaria intelli-
„gimus; nam ex oraculo Spiritus sancti,
„ubi multa Consilia, ibi salus, ideoque
„uti par est, vos in consortium labo-
„ris advocamus. Communis erit om-
„nium nostrum in cælo merces, si in
„Ecclesia rebus adjuvandis communis
„fuerit labor. Et vestra interest, ne
„Christiana respublica iudicio vestro in
„nos eligendo inter tot sapientia, vir-
„tute, atque experientia Præstantissi-
„mos Patres fraudatam se conqueratur.
„Nos certe non faciemus animam no-
„stram pretiosorem quam nos, nec
„refu-

Sæc. XVII. „refugiemus laborem aliquem, qui al
A. C. 1667. „nostri ministerii partes adimplendas
 „conferri possit. Hoc animo divina
 „favente Clementia, vestrisque coadi
 „juvantibus virtutibus, quas nobis
 „nunquam defuturas speramus, libe
 „ter humeros, quamvis longe imparet
 „tanto oneri subjicimus. „

Postea die vigesima sexta Junii de
 more in Basilica Vaticana coronatus,
 gratum animum erga Cardinales, præ
 cipuos pacificæ electionis promotores
 opere exhibuit, ac primo quidem Pe
 trum Cardinalem Ottobonum Datarii
 officio honoravit, Azolinum vero
 secretis habere voluit; tanta enim dex
 teritate & prudentia hic idem Cardi
 nalis eligentium animos in comitiis
 moderabatur, ut tam Alexander VII.
 quam Clemens IX. palam asserere non
 dubitarent, se ex Divinæ Providentiæ
 instrumentis, quorum ministerio ad
 Pontificatum ascendissent, Cardinalis
 Azolini operam, consilium, & soletu
 tiam potissimum agnoscere.

Porro Clemens die tertia Julii pos
 sessionem Basilicæ Lateranensis adiit,
 populo festive acclamante, ac prospera
 quæque amantissimis votis apprecante;
 ejus enim inopiam remisso magni mo
 menti vectigali, & imminuto annuæ
 pretio in ipso Pontificatus exordio sub
 levabat.

levabat. Primas vero curas intendit, **Sæc. XVII.**
 ut contra Turcas Cretensis Insulæ ex- **A. C. 1667.**
 cidium minitantes a Christianis Prin-
 cipibus validam opem sollicitaret, quo-
 circa Franciæ ac Hispaniæ Reges bello
 Belgico inter se implicitos ad mutuam
 pacem, & jungendas contra Ottoma-
 num vires non modo literis, sed etiam
 misso in Galliis Nepote suo Jacobo Ro-
 spilio hortabatur, professus, semet-
 ipsum, quamvis gravi senio & attrita
 valetudine pressum in Franciam, vel
 quocunque terrarum reddendæ concor-
 diæ spes invitaret, haud gravate, si
 res ita deposceret, profecturum.

§. XC.

*Hujus Pontificis gesta ante Pontifi-
 catum.*

Natus erat Julius Rospiliosus anno
 Christi millesimo sexcentesimo die
 vigesima septima Januarii Pistorii celebri
 Etruriæ urbe ex nobilissima ejusdem
 Urbis familia oriundus, qui a teneris
 virtutum amore, discendi aviditate, &
 morum candore, nonnisi magna præ-
 sagiebat: Puer adhuc Romam missus,
 politioribus studiis sub Famiano Strada,
 aliisque Magistris, necnon Philosophiæ
 in Collegio Romano operam navabat:
 in Pisana dein Academia Pontificii simul

ac

Sæc. XVII. ac Cæsarei Juris lauream consecutus
A. C. 1667. Romam reversus est, ubi ad Anton

Barberini Cardinalis Aulam, quæ
tum doctissimis Viris referta erat, ad-
missus, discipulum simul & Magistrum
egit, ab aliis discere percupidus, &
alios docere sollicitatus; celebrabatur
enim ob insignem elegantiam Etrusce
Poeseos præsertim Drammaticæ, novæ
scribendi genere Christianæ pietati in-
stillandæ apto usus: cum ergo Urbanus
VIII. Papa in his quoque literis
versatissimus esset, ab eodem non modò
laudatus, sed & liberaliter habitus
primo utriusque Signaturæ referendarius,
mox Canonicus & Vicarius Liberianæ
Basilicæ, & S. Rituum Congregationis
Secretarius renuntiabat, sensimque per
plures ac excelsiores honorum gradus ad
Archiepiscopi Thar-sensis Cathedram
ascendebat: Hac dignitate auctus, in
Hispaniam Nuntius Apostolicus legatus
est, ubi in rebus maxime arduis
Innocentio X. Pontifici simul & Philippo
IV. Hispaniarum Regi tam prosperam
impendit operam, ut Rex perbenigne
annuam ac perpetuam quatuor aureorum
millium pensionem pro præfata Basilica,
concederet, Julio autem discedenti
Regias ad Cardinalatum impetrandum
litteras commendatitias iterum iterumque
offerret

quas tamen ipse acceptare recusans, Sæc. XVII.
 nonnisi ex meritorum suffragio ab Ale- A. C. 1667.
 xandro VII. Purpuram obtinuit, jam
 tum ipsius quoque thiaræ Pontificiæ
 dignissimus.

§. XCI.

*Acta in causa quatuor Gallorum
Præsulum.*

Peractis omnibus, quæ Romani Pon-
 tificis electionem sequi solent, so-
 lemnitatibus, Clemens IX. Pontifex to-
 tum sese promovendæ Reipublicæ Chri-
 stianæ applicuit, ac præcipue memor
 eorum, quæ Deo, quæ Dei Ecclesiæ,
 & quæ gregi suo deberet, non modo
 concordiam profanam inter Principes
 Christianos, sed etiam Ecclesiasticam
 pacem inter dissidentes Franciæ Præ-
 sules reddere satagit: Ea de re præpri-
 mis novem Episcoporum delegationem
 in causa quatuor reclamantium Præ-
 sulum a suo Prædecessore factam con-
 firmavit, insuper præter Fridericum
 Borromæum Patriarcham Alexandri-
 num, quem ad Franciæ Reginam ab-
 legaverat, Petrum quoque Bargelli-
 num Thebarum Archiepiscopum ad Lu-
 dovicum Regem decrevit, qui in pro-
 movenda formulæ subscriptione stre-
 nuam egregiamque navabat operam,
 necnon

Sæc. XVII. necnon ab ipso Rege quædam
A. C. 1667. petrabat decreta, quæ quidem species
 præferrent pœnæ Episcopis contumaci-
 bus irrogandæ, re tamen ipsa eo col-
 limarent, ut Episcopos incusso salutis
 terrore ad obedientiam Pontifici præ-
 standam adigerent. Attamen, quo mi-
 nus Pontifex ad ipsam Episcoporum
 damnationem juxta Regis totiusque
 Cleri Gallicani vota procederet, ob-
 stabant difficultates quamplurimæ, &
 prudens majoris mali timor; haud e-
 nim incognitum erat, contumaciam
 factionem auctoritate, numero & viri-
 bus indies crescere, eamque partim
 Regionum Ministrorum favore, partim
 Parlamenti imo & regii sanguinis fa-
 minarum patrocínio firmari, partim
 quatuor hisce Episcopis plerosque Sa-
 bonæ Doctores, Regni Curias, necnon
 etiam Religiosos in contumaciæ socie-
 tatem pertrahi.

§ XCII.

*Novendecim Franciæ Episcoporum
 teræ ad Papam & Galliarum Regem
 in favorem quatuor Episco-
 porum contumacium.*

*Abrege de
 l'Hist. Eccl.
 tom. II.*

Enimvero haud vanus erat summi Pon-
 tificis timor; brevi enim Romæ
 notuit, quod novendecin alii Franciæ
 Ep-

Episcopi palam quatuor horum Præ- Sæc. XVII.
fulum causam defendere decrevissent, A. C. 1667.

& alii viginti Præsules adhuc secreto cum ipsis conspirarent. Erant autem hi novendecim, omnes doctrina æque ac pietate & auctoritate Præsules longe clarissimi, & quidem I. Henricus Gondrinus Senonensis Archiepiscopus II. Felix Vialard Caralaunensis III. Bolo-nien-sis IV. Meldensis V. Engolismen-sis VI. Henricus Lavalus Rupellensis, VII. Gilbertus Choiseffius Conven-nen-sis VIII. Bernardus de Marmiesse Con-ferranus IX. Petrus de Montgaillard Pontipolitanus, X. Cæsar Estræus Lau-dunen-sis XI. Antonius Godeau Vincien-sis XII. Hercules de Vantadour Mi-rapoli-tanus XIII. Claudius Joli Aggen-nen-sis XIV. Santonen-sis XV. Hoden-curtius Rhedonen-sis XVI. Sueffionen-sis XVII. Franciscus Ambianen-sis XVIII. Tutellen-sis & XIX. Trecen-sis, omnes Franciæ Episcopi, qui suo chirographo & sigillo sequentem episto-lam munierunt, atque inter ceteros Antonius Godeau subscribere sollicita-tus exclamabat: *meo etiam sanguine, si opus fuerit, subscribam.*

Hi ergo die prima Decembris in quatuor contumacium Episcoporum favorem ad Clementem summum Pon-tifi-

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

R

tifi-

Sæc. XVII. tificem literas dederunt, in quibus
A. C. 1667. præmissa gratulatione ad Pontificatum
 commemorant, quod Papa sibi coram
 hominibus immortalem gloriam, & co-
 ram Deo ingens meritum aquirent
 occasionem in præsentibus controver-
 siis comparare posset; quod suorum que-
 dem Prædecessorum Constitutiones circa
 quinque propositiones debita erga So-
 dem Apostolicam submissione ab om-
 nibus Franciæ Episcopis fuerint re-
 ceptæ, proin præfati quatuor Episcopi
 quos a virtute, scientia, præprimis
 pietate erga Pontificias Constitutiones
 summis encomiis celebrarunt, falso
 inique fuerint accusati, perinde ac
 minus reverenter Constitutiones & fu-
 mulam Alexandri VII. recepissent: quod
 enim, inquiebant ipsi, a fide quidam
 in suis de subscriptione mandatis disce-
 criminantur, alienissima ab ipsis, Beati
 Pater, & inanis suspicio est. Quid
 in illis mandatis, quod vel a Catholice
 & trine norma, vel a Romanæ Sedis Re-
 verentia tantillum defleat? novum & in-
 ditum apud nos nonnulli dogma procu-
 runt, Ecclesiæ nempe decretis, quibus quo-
 tidiana, nec revelata divinitus facta de-
 duntur, certam & infallibilem constare ve-
 ritatem, adeoque ipsa, non minus quam
 revelata in scripturis & traditione dogmata
 fide esse tenenda. Hoc vero dogma B. P.

quod ab omnibus antiquis, recentibusque Sæc. XVII.
 Theologis damnatum est, ex prædecessoris A. C. 1667.
 vestri Constitutionibus iidem, qui invexe-
 runt, stabilire nitebantur. Huic malo ut
 occurrerent prædicti Episcopi, simul &
 quorundam scrupulis mederentur, opposi-
 tam manifesto huic errori doctrinam, ma-
 nifestissimam simul & certissimam, in man-
 datis suis exposuerunt, humana scilicet nec
 divinitus revelata facta non omnimoda &
 infallibili certitudine ab Ecclesia definiri,
 ideoque in hujusmodi rebus nihil aliud ipsum
 a fidelibus exigere, quam ut sua decreta
 reverenter, ut par est, habeant. Quid in
 hac doctrina B. P. in Romanam Sedem ir-
 religiosum & injurium? imo quid non re-
 ligiosum & pium? cum non modo a sum-
 mis apostolicæ Sedis veneratoribus, ejus-
 que acerrimis vindicibus Baronio, Bellar-
 mino, Palavicino asserta & tradita sit, &
 eo nomine potissimum constabilita, quod
 eam ad vindicandam Ecclesiæ Authoritatem
 in sanciendo fidei dogmatibus, & ad Hæ-
 reticorum criminationes repellendas necessa-
 riam judicarint. Ita sentire, si crimino-
 sum existimetur, non hoc proprium ipso-
 rum, sed omnium nostrum, immo totius
 Ecclesiæ crimen fuerit.

Quinimo non desuerunt, nec primi,
 nec postremi nominis Episcopi, qui idem
 prorsus quod illi præstiterunt, vel publicis
 mandatis, tametsi prælo non excussis, vel

Sæc. XVII. quod non minus ponderis habet, in publicis
A.C. 1667. actis, sive tabulis, in quibus eandem
doctrinam explicarunt; plerique alii facile
 se Clericis præbuerunt, quibus fortasse
 quid addere in subscriptione libuit, dum
 modo rectum & Orthodoxum.

His subjunxerunt Episcopi, „nobis
 „mus autem fidem habere rumori, qui
 „spargitur, actum iri cum Episcopis
 „modo in Francia haud usitato contra
 „Canones, nec dubitamus, quin Cælesti
 „fratres nostri, qui decus & ornamentum
 „sunt Ordinis Episcopalis, saltem
 „sua persuasione, summam Sedi Apostolicæ
 „venerationem & obsequium præstaturi,
 „si igitur Sanctitas vestra precibus nostris
 „annuat, cessabimus, illico omnes altercationes,
 „& parum fidelibus adeo exoptata Ecclesiæ
 „gubernatione reddetur, Sanctitati suæ gratiosa,
 „& omnibus necessaria.”

Præter has literas novendecim Episcopi die quarta Februarii anno sequenti
 aliam ad Regem epistolam perscripserunt,
 in qua quatuor hosce Episcopos immodicis
 laudibus efferebant, eosque non ob fidem,
 Constitutiones Pontificias, earumque declarationes
 sed propter novam, & religioni, Regi
 honori, & Regni securitati noxiâ doctrinam,
 qua summo Pontifici infirmitas in factis
 soli Deo propria attribuitur.

buitur, vexari afferebant, simulque Sæc. XVII.
 Regem haud dissimulanter fuggillabant, A. C. 1667.
 quod ipsemet in Regni sui Curiis Sor-
 bonæ doctrinam, quæ contra Pontificis
 auctoritatem longe apertius, quam ho-
 rum Præfulum sententia pugnat, pro-
 mulgari iussisset, proin hæc sentiendi li-
 bertas quatuor hisce Episcopis auferi
 non posset, quin simul cuncta, quæ
 Rex ad Regni iuriumque suorum con-
 servationem adeo necessaria duxit, e-
 verterentur. Postea querebantur, quod
 Pontifex Judicum numerum ad novem
 contra Cleri privilegia restrinxisset, ac
 propterea *Canones & prima æquitatis na-*
turalis principia evertisset. Verum hæc
 epistola tantopere displicuit Regi, ut
 per Harlayum suum Procuratorem Par-
 lamento Parisiensi significari iusserit,
 se haud ignorare illicitos conventus &
 fraudes, quibus Episcopi, ut cuidam
 epistolæ ad Regem directæ subscribe-
 rent, sollicitantur, horum autem artes
 nonnisi ad perturbandam Ecclesiæ pa-
 cem, & infringendam Regis Declara-
 tionem & Papæ Constitutiones, quæ
 Parlamenti actis nuper insertæ fuissent,
 collimare: Eapropter Parlamentum die
 decima nona Martii an. sequenti in hosce
 pacis perturbatores, scilicet præfatæ Epi-
 stolæ Authores, inquire iussit, simul-
 que dictam Episcoporum Epistolam vel

Sæc. XVII. alia ejusmodi scripta typis edi, diventi
A. C. 1667. aut in vulgus spargi inhibuit. Interim

tanquam Judices a Papa delegati erant
 Tolosanus & Bituricensis Archiepiscopi,
 fules, & Episcopi Vauriensis, Lutetianus,
 Mimatenfis, Sueffionensis, Dolensis,
 San-Maclovianus, & Lombardienfis, quibus omnibus jam Alexander VII. Papa demandatæ facultatis
 diplomata submiserat.

§. XCIII.

*Monasteriensium Canoniconum dissensio
 circa Coadjutoris electionem.*

*Tuldr Hist.
 decenn. 1. 3.
 pag. 276.*

Jam anno Christi millesimo sexcentisimo sexagesimo quinto Alexander VII. Pontifex Maximus, qui sapientia sua res futuras ut præsentis intue assuetus, Monasteriensem Ecclesiam gravibus dissidiis turbatum iri prospexit, die vigesimo sexto Septembris ad Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis Canonicos literas dedit, quibus eos impetum hortabatur, ut quantocius Coadjutores aliquem eligant cum futura successione moderno præfule quondam ad æternam præmia vocato, cum de successore ageretur dissensio & paucorum ambitio prioribus malis denuo latus aperiant, illaque bona & commoda, quæ multo auro & sanguine parta sunt, perdantur, ac partibus in

versa scissis patria novis motibus invol- Sæc. XVII.
vatur. A. C. 1667.

Verum hoc negotium Hungarico æque ac Batavo bello usque ad hunc annum fuit interruptum, quo tamen finito ipsemet Christophorus Bernardus Monasteriensis Episcopus jamjam gravi senio pressus, die vigesima tertia Maji Capitulum suum convocavit, atque expositis laboribus in Diæcesis utilitatem tamdiu exantlatis, veluti meritorum præmium id unice a suis Canonicis petiit, ut ex sua & Pontificis mente ad Coadjutoris electionem progredirentur, atque in idoneum, quorum quamplurimos tam in suo gremio, quam extra Diæcesin haberent, sua suffragia conjungere satagerent: postmodum prælectis Papæ literis, cunctisque promissa votorum libertate dies vigesima Mensis Junii futuræ electioni præfigitur: Favebat Pontifex Ferdinando Fürstenbergio Paderbornensi Episcopo, qui ab Alexandro VII. cui percharus erat, nonnisi inter obortas lacrimas ante sexennium Roma ad suum Episcopatum dimissus fuerat, cumque insuper Clemens IX. Papa ex Canonicis plures in eundem Ferdinandum conspirare nosset, omnibus diffidiis & ambitioni aditum esse præclusum sperabat: Attamen scissis in partes Canonicis

hæc controversia magna utrinque ani- Sæc. XVII.
 morum contentione; cum autem Epi- A. C. 1667.

scopus & Canonici Ferdinando suffra-
 gantes hanc quæstionem contra reli-
 quos interim deciderent, ac definirent,
 pro cantando sacro & ferendis suffragiis
 locum Capituli ingressi sunt, ceteri vero
 Electori faventes, etiam illi, qui ab
 officiis suspensi non erant, finito sacro
 e Capitulo excefferunt, ore & calamo
 adversus futuram electionem reclaman-
 tes: nihilominus deliberatione usque
 ad vesperam protracta tandem præsen-
 tes Canonici Ferdinandum Paderbor-
 nensem Episcopum unanimi suffragio
 in Monasteriensis Ecclesiæ Coadjuto-
 rem elegerunt, eumque palam solemn-
 ritu in Basilica Cathedrali Divi Pauli
 proclamarunt. Adversus hanc electio-
 nem ceteri Canonici scriptis & minis
 oppido infestis pugnabant, & grave
 bellum jam impendere videbatur; ipse
 enim Colonienſis Elector valida
 rationum momenta opponebat, datis-
 que ad Brandenburgicum Electorem li-
 teris Monasteriensem Episcopum accu-
 sabat, quod hac electione Diæcesin pro-
 fe, suisque Cognatis quasi hæreditariam
 facere satagisset, tandem vero utraque
 pars Romam ad summi Pontificis Tri-
 bunal provocabat, ubi re dudum ac-
 serio ponderata, multisque in utram-

R 5

que

Sæc. XVII. que partem acerrime ventilatis, Cle-
 A. C. 1667. mens IX. anno sequenti die trigesimo

Aprilis hoc negotium in Ferdinandi
 favorem decidit, eique Coadjutoris di-
 gnitatem cum Successionis jure aucto-
 ritate Apostolica asseruit, congratulan-
 tibus eidem Cæsare, Galliarum Rege,
 Electoribus, Imperiique Principibus,
 quos inter Foederati Belgii Ordines Cal-
 viniani præprimis sua obsequia deferre
 gestiebant.

§. XCIV.

*Gallica versio Novi Testamenti Mon-
 tensis prohibita.*

*Bibl. Sorb.
 Argentre
 Coll. Jud.
 tom. 3.
 Esprit de
 M. Arnauld
 pag. 2.*

Sub idem ferme tempus Portu-
 gienfes Theologi Novum Testamen-
 tum in linguam Gallicam juxta Vul-
 gatæ, ut ajebant ipsi, editionem tra-
 ducebant, indicantes loca, in quibus
 Vulgata a Græco textu differat: Huic
 tamen versioni nomen suum non appo-
 suere, ac insuper illam in Montibus
 Hannoniæ in Belgio Catholico typis
 impressam fuisse, commenti sunt, cum
 tamen in Hollandia editam fuisse con-
 stet. Insuper nonnisi per fraudes &
 mendacia hujus versionis approbationes
 emendicarunt, quippe ab Archiepiscopo
 Cameracensi typis licentiam obtinne-
 runt, mentiti, quod quidam Sorbonæ
 Doctor

Doctor fidelissimam novi Testamenti Sæc. XVII.
 versionem jam antea a celeberrimo Li- A. C. 1667.
 brorum censore approbatam adornarit.
 Archiepiscopus ita deceptus Anno 1665.
 petitam impressionis licentiam conce-
 sit, qua obtenta approbationem extor-
 serunt a Pontano Lovaniensi Doctore,
 qui plures libros pro Jansenio editos
 approbaverat, ac propterea ab Inno-
 centio X. jam anno hujus sæculi qua-
 dragesimo septimo ab hoc munere a-
 motus erat. Quoniam vero hi Theo-
 logi in sua versione plurimum a Vul-
 gata recederent, & Calvini, Jansenii-
 que errores incautis lectoribus non sine
 gravi rudium aliorumque periculo ac
 offensione instillasse viderentur, hinc Se-
 natus Regius utpote *sine Authoris nomine*
editam & a Viris notorie Ecclesiæ refractariis
compositam die vigesima secunda No-
 vembris necnon Prefixus Parisiensis
 Archiepiscopus die decima octava ejus-
 dem Mensis hanc versionem edito de-
 creto suppresserunt, eamque postea Rex,
 Embrodunensis & Rhemensis Archiepi-
 scopi, necnon Ebroicensis & Ambia-
 nensis Franciæ Præsules illam damna-
 runt: Anno autem sequenti die vigesi-
 ma Aprilis Clemens IX. Papa eandem
 non modo Montibus & Lugduni, sed
 in quibuscunque aliis locis editam in-
 ter libros prohibitos recenseri jussit,
 pro-

Sæc. XVII. proscripsitque edito hoc diplomate
A. C. 1667. Pontificio :

„Debitum Pastoralis officii, quo Ec-
 „clesiæ Catholicæ per universum orbem
 „diffusæ regimini, divina dispositione
 „præsidemus, exigit, ut sacras scri-
 „pturas in ea puritate, in qua per tot
 „sæcula ingenti divinæ bonitatis bene-
 „ficio conservatæ fuerunt, illibatas cu-
 „stodire omni studio, atque vigilantia
 „satagamus. Cum itaque, sicut ad au-
 „res nostras pervenit, liber quidam ver-
 „sionis Gallicæ novi Testamenti, cui
 „titulus est: *Novum Testamentum Domini*
 „*nostri Jesu redditum Gallice juxta*
 „*editionem vulgatæ &c. Montibus Ho-*
 „*nonicæ, & Lugduni* (ut inscribitur) ty-
 „pis impressus, ac editus in lucem fue-
 „rit. Nos librum hujusmodi nonnul-
 „lis Venerabilibus Fratribus nostris
 „S. R. E. Cardinalibus, aliisque viris
 „pietate, doctrina, atque sapientia præ-
 „stantibus, mature, quantum rei gra-
 „vitas postulat, discutiendum, atque
 „examinandum commisimus, quorum
 „sententiis auditis, atque consideratis,
 „eundem librum Versionis Gallicæ novi
 „Testamenti, ut supra, & ubicunque
 „impressum, sive imposterum impi-
 „mendum, tanquam temerarium,
 „damnosum, a vulgata editione præ-
 „dicta difformem, & offendicula sim-
 „plicium

„plicium continentem Authoritate Apo- Sæc. XVII.
 „stolica tenore præsentium damnamus, A. C. 1667.
 „& prohibemus; ita, ut nemo dein-
 „ceps, cujuscunque gradus, & condi-
 „tionis existat, etiam speciali, & spe-
 „cialissima nota dignus sub pœna ex-
 „communicationis latæ sententiæ, ipso
 „facto incurrendæ, illum legere, reti-
 „nere, vendere, aut imprimere, vel
 „imprimi facere audeat, vel præsumat;
 „sed sub eadem pœna, quicunque illum
 „habent, locorum Ordinariis, seu In-
 „quisitoribus statim atque præsentis
 „prohibitionis notitiam habuerint, ex-
 „hibere teneantur, &c.

Hanc censuram postea Innocen-
 tius XI. anno hujus sæculi septuagesimo
 nono innovavit: non deerant tamen,
 qui hanc Testamenti versionem pertina-
 citer defenderent, cunctosque motus
 adversus eam concitatos Jesuitarum ar-
 tibus adscriberent: hos inter præcipuus
 erat Arnaldus ad impugnandos Janse-
 nistarum hostes livido semper calamo
 promptus. qui Malletum Sorbonæ Do-
 ctorem, & Rothomagensis Archiepi-
 scopi Vicarium generalem, eo quod
 præfatam versionem impugnasset, in-
 dignis plane dictis laceflivit.

§. XCV.

Sæc. XVII.

A. C. 1667.

§. XCV.

Franciæ Regis edictum pro reformatis Regularibus.

*Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 30.
Mem. Chro-
nol. &
Dogm.*

Interim Franciæ Rex cum validissimo exercitu Mense Majo moverat in Belgium, quod sibi Mariæ Theresiæ Uxoris suæ & Delphini nomine deberi contendebat, eoquod novus Hispaniæ Rex nonnisi ex secundis Philippi IV. Hispani Regis nuptiis, Maria Theresia vero ex primis suscepta fuisset. Adspirabat Gallico Marti fortuna; quippe Ludovicus Rex exiguo admodum tempore qua vi, qua arte & Hispanorum incuria aut perfidia Tornacum, Duacum, Aldonarum, Cortracum, aliaque non pauca, eaque haud ignobilia oppida in suam redegit potestatem. Hujus tamen bellicoris Parlamentum Parisiense haud adeo distentum erat, quin Religiosorum numerum & proventus imminuere decerneret. Hanc in rem Talonus in Curia præprimis contra Mendicantium Ordines corruptosque eorum mores, ac postea adversus ceteros Regulares & Moniales declamare jubebatur, quo facto velut aptissimum restaurandæ disciplinæ remedium proponebat, Regi esse supplicandum, quatenus tanquam S. Canonum & disciplinæ Protector inter-

interposita sua auctoritate procuraret, Sæc. XVII.
A. C. 1667.
 ut a Mendicantium Ordinum Generalibus quantocius Deputati natione Galli peterentur, qui plena facultate irrepressas corruptelas tollerent, ac præprimis hisce Religiosis inhiherent, ne Novitios, donec reformatio plene stabilita fuerit, sacro habitu induerent, ac postea suorum numerum imminuerent: Moniales vero deinceps non auderent de *cessibus*, ut vocant, *vitalitiis* vel de dote pacisci earum, quas ad Monasterium, vel solemnem votorum nuncupationem admittunt; cum ejusmodi pacta a pluribus Conciliis tanquam illicita & simoniaca fuissent rejecta: ne vero ejusmodi Asceteria ad inopiam redigantur, simulque eis divitias corradendi ansa præripiatur, proventuum suorum rationem exhibeant, & hisce redditibus correspondens Religiosarum numerus præfigatur. Absoluta hac oratione Parlamentum in eandem Taloni sententiam concordibus studiis convenit, editoque decreto die quarta Aprilis pro impetranda ejusmodi reformatione suppliciter Regem accessit: Igitur Ludovicus Rex ad Parlamenti vota edictum promulgavit, vi cujus utriusque sexus Regularium numerum & bona imminui præcepit, simulque datis ad Papam literis rogavit, quatenus Gene-

Sæc. XVII. Generales quatuor Ordinum Mendicantium Præpositos in Franciam ablegaret, ut hi primævam Instituti disciplinam restituerent. Annuit Regis petito Pontifex, moxque quatuor Deputatos in Gallias decrevit, eisque Apostolicam excommunicandi, interdicendi, Conventus supprimendi vel alius uniendi facultatem concessit. Hi ergo in Franciam delati, amplissimæ huius potestatis literas Regi exhibent, qui, ut major accederet autoritas, eisdem hanc potestatem exequendi veniam concessit, datis desuper Regiis literis, quas ad acta referri, Parlamento iunxit. Hanc vero reformationem ex sola Pontificis voluntate fieri, Parlamentum iniquo ferebat animo, ut ergo suam quoque auctoritatem interposuisse videretur, regias literas ad acta referre renuit, nisi Apostolicorum Deputatorum facultas limitaretur, simulque et alii adjungerentur a Parlamento nominandi, qui eos in Monasteriorum visitationibus comitarentur; hoc negotium re ipsa Parlamentum jamjam Cathedralis Ecclesiæ Parisiensis Decano, & Patri Boulardo Abbati ad S. Genovesam demandabat. Ast Deputati Apostolici se inferioribus subjici, ac Pontificiam potestatem restringi, indigne ferentes, potius

potius infecta re Romam reverti ma-Sæc. XVII.
luerunt: ne ergo Parlamenti cavillis A.C. 1667.
res bene cæpta suo frustraretur successu,

Rex eidem præcepit, ut sine ulla restrictione demandatæ facultatis literas ad acta referret; inde vero factum, ut quamvis Deputati Apostolici egregie suo fungerentur officio, ac sine omni tumultu suas absolvissent visitationes, in sacras tamen familias Novitios cooptandi libertas haud diu restricta permaneret, eoquod Parlamentum indignatione ex eo concepta, quod Apostolicæ potestatis literas sine limitatione approbare jussum fuisset, suum edictum urgere negligeret: religiosius tamen observabatur edictum dotem vel census Monialibus inhibens; cum autem exin Virginum Monasteria ad extremam redigerentur paupertatem, & Parentibus filias suas elocandi copia adimeretur, aliaque gravia incommoda exin emergerent, non modo Laici sed & Archiepiscopi & Episcopi iteratas, tamque graves ad Regem deferrebant querelas, ut hic anno hujus sæculi nonagesimo tertio die vigesima octava Aprilis edictum suum moderari coactus, sublatis, si quæ hac in re irrepressissent corruptelis, ea monasteria designaret, in quibus exigere liceret, quantum pro sustentanda Filia Deo per

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

S vo-

Sæc. XVII. votorum sponfionem dicanda necesse
A. C. 1667. rium esset.

§. XCVI.

*Quorumdam Theologorum effugia
 eludenda formulæ subscriptione.*

*Acta Cleri
 Gall. tom. 3.
 pag. 230.*

Quamvis Perefixus Parisiensis Episcopus subscriptionis mandatum circa quæstionem facti excogitato fidei humana & Ecclesiastica temperamento moderasset, non deerant tamen, qui variis effugiis hoc quoque præceptum eludere niterentur; cum enim Archiepiscopus Gaudino Sorbonæ Doctori suo Judici Ecclesiastico injunxisset, Diæcesis suæ Clericos ad juratam formulæ subscriptionem adigeret, Nicolaus Thibault Ecclesiæ Collegiatae S. Thomæ Canonicus, & Ludovicus Fournier Regii Parisiensis Sacelli Campanellanus die quinta Februarii prælati Judici libellum supplicem porrexerunt exponentes, quod ejus nomine Promotor Episcopalis die vigesima prima Januarii ab illis juratam, puram, & simplicem formulæ subscriptionem exegisset, cum autem juramento confirmari non liceat, nisi sententias certissimas quæ in alium sensum detorqueri nequeunt, petita tamen subscriptio diversos sensus capiat, hinc Judex ex

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

sensibus illum, juxta quem juramen-
 tum ab eis exigere intendat, designare
 dignetur: Horum autem primus sensus
 erat hic: ut credatur, quod hæc subscri-
 ptio externa non sit signum internæ fidei
 circa jus & factum, sed duntaxat significet
 reverentiam erga Pontificis judicium, cui
 absque offensione contradicere nequit, quod
 idem est, ac si diceretur, subscribo, ut testor,
 quod Constitutionibus contradicere nolim,
 non autem, quod circa factum vel jus fidem
 profitear. Sensus II. est, credere, quod
 hæc subscriptio sit pignus meæ fidei circa
 jus, non autem circa factum, proin ita
 subscribam, ut significem, me credere jus
 in Constitutionibus definitum, nullatenus
 autem factum. Sensus III. est me cre-
 dere, quod fidem meam obstringam circa
 jus, reverentiam vero circa factum, seu
 quod subscribam in signum fidei meæ circa
 jus, & reverentiæ erga factum. Sen-
 sus IV. est, quod credam me obstringi ad
 credendum jus & factum tanquam insepara-
 bilia & ad fidem spectantia, proin subscri-
 bam in signum, quod ita jus & factum
 credam. Sensus V. esse potest, me cre-
 dere, quod hoc juramento me obstringam ad
 credendum jus fide divina, & factum fide
 humana, tanquam infallibiliter a Papa de-
 cisum, ita ut subscribam in signum, quod
 credam fide Divina jus, & factum humana fide
 Pontificiæ decisionis infallibilitati innixa.

S 2

Post-

Sæc. XVII.

A. C. 1667.

Postremus denique sensus est, quod credam me promittere, quod credere vellem, jus fide Divina, & factum fide humana, eoquod illud æque notorium est, ac Lutheri & Calvinii factum, id est, receptum, & a nemine negatum, de quo nonnisi nequit dubitari posset: seu, quod subscribam, & signum, quod jus credam fide Divina, & factum humana, utpote notorium, receptum, & a nemine negatum.

Hunc igitur libellum supplicem unum cum expositis hisce sensibus Promotorum coram Judice Ecclesiastico exhibuit hæc subjungens: hi Sacerdotes sex quodam sensus, quorum subscriptio capax est, exposuerunt, sciscitantes, in quonam eorum subscriptio ab eis exigatur? id vero eis declarare nolumus, eoquod satis ab unde omnibus constaret, quod propositiones e libro Jansenii in proprio ejusdem Authoris sensu, sicut Sedes Apostolica eas condemnavit, condemnare idque sua subscriptione pure & simpliciter testari teneantur: Eapropter utique huic Sacerdoti a Judice significatum est, ut intra octiduum simplicitate subscriberent, secus, a Divinis officiis arcendi: quod & comperta eorum contumacia factum est.

S. XCVII

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

§. XCVII.

Candia a Turcis arctius cincta.

Hic annus Venetis oppido funestus *Nani Hist.*
fluxerat; præterquam enim, quod *Ven. l. 10. 1*
Dalmatia die sexta Aprilis tam hor- *et 11.*

rendo terræ motu fuerit concussa, ut
Ragusæ parte maxima subversa, &
nonnullis civitatibus penitus absorptis,
sologue æquatis omnes perierint in-
colæ, exceptis quadringentis, & Mo-
nialibus sexaginta, quæ ex ruinis, in
quibus semisepultæ triduo jacuerant,
extractæ fuere, insuper hoc anno Ach-
met Vezirius Cretensem Insulam terra
marique oppugnare statuit. Veneti
enim vana pacis ineundæ spe delusi
segnius hostiles copias, bellicue tor-
menta advehendi opportunitatem inter-
cluserunt; quocirca Vezirius innumero
pene milite auctus, urbem die vigesima
secunda Martii tormentorum copia,
maximoque belli apparatu cingere cæ-
pit; quassantur muralibus machinis
mænia, nudantur tecta, maximique
ponderis globi, necnon saxa ex bellicis
mortariis vibrata mortem per aera cir-
cumferunt, ac ne punctum temporis
defensoribus ad respirandum indulgent:
vicissim vero obsessi crebris eruptioni-
bus hostem laceßunt, non sine strage

S 3

repel-

Sæc. XVII
A.C. 1667

repellunt, incensisque cuniculis igne tostos in frustra discerpunt, vivos sub congestæ terræ ruinis sepeliunt. Tum vero ad mutuas cædes ingeniosa erat crudelitas, & ipsa necessitate fortitudinem acuente, obsessi per mediam Turcarum aciem cum multorum suorum atque hostium sanguine erumpunt; nec segnius Turcæ hostiles cuniculos cuniculis adversaque fossione excipere, pestiferoque fumo fossiores Christianos suffocare adlaborant, iteratæque aggressione urbem tentant, tanta tamen clade repulsi, ut Turcæ non modo præter expectationem longioris oppugnationis tædio, sed potissimum multiplici suorum strage dejecti, non facta proximæ pacis spe ad signa recitari possent: Tentabat insuper Venetius obsessorum constantiam labefactam aut jactatis crudelissimæ mortis, feruentisque dirissimæ minis, aut amplissimis præmiorum promissis. Tentamen nihilominus jam quartum mensem habebat obsidio, quin Turcæ vel terræ pugilum sine sudore ac sanguine aquiliferent. Tanta erat Christianorum virtutis tantusque ac frequens periculi mortisque concursus, ut jam nullus aut metum timeret, vel mori recusaret; sed tamen vincendi æmulatio, totamque victoriæ gloriam sibi solis vindicant.

cupiditas inter Antonium Barbarum Sæc. XVII.
 Venetum belli Præfectum, & Cateri- A. C. 1667.

num Cornarum Generalem aliosque
 Belliduces intempestivam dissensionem
 excitabat, quocirca Senatus Barbarum
 revocare, consultum censuit, in ejus
 locum subrogato Bernardo Nanio. In-
 terea Venetorum exercitus, Pontificii,
 Galli & Sabaudi militis suppetiis, &
 Veneta classis subsidiariis navibus au-
 gebatur, inde vero magis adhuc utrin-
 que exarsere certaminum studia, ac
 Turcæ in unius propugnaculi, cui Pa-
 nigra nomen, oppugnatione tanto tem-
 pore incassum hæsisse indignantes, illud
 impositis loricæ exteriori pluribus tor-
 mentis quatiunt, muro ruinam infe-
 runt, incensoque sepimento fossam ag-
 gere munitam occupare aggrediuntur,
 a Venetis tamen fortiter excepti, ac
 viginti quatuor tormentorum ignea
 tempestate repulsi, subruto cuniculo,
 quem incautius quinquaginta pulveris
 pyrii doliis infartum transibant, una-
 cum suis vallis magno numero in aera
 raptantur: Tandem Vezirius die de-
 cima octava Novembris, cum assidui
 imbres castris, bellicisque laboribus
 infesti essent, lacerum exercitum suum
 Cydonia Cytheram induxit, postquam
 triginta octo impetus in urbem tenta-
 verat, & plusquam viginti suorum

S 4

millia

Sæc. XVII millia amiserat, Christianorum nomina
A. C. 1667. tribus millibus & ducentis in hujus
 anni expeditione desideratis.

§. XCVIII.

*Sfortia Pallavicinus Cardinalis
 mortuus.*

*De trib.
 Hist. Conc.
 Trid. Cæsar.
 Aquil.
 Ciacon. in
 vita Ale-
 xandri VII.
 Alegamb.
 Script. S. J.*

Inter Cardinales, qui Sede vacante
 post Alexandri VII. obitum decessere
 erat Sfortia Pallavicinus, patria Ro-
 manus, qui veluti discere præfatus
 vix emenso decimo quarto ætatis anno
 jam Philosophicæ ac Theologicæ facul-
 tatis lauream emeritus est, adultior
 vero factus, atque ab Urbano VIII.
 utriusque signaturæ referendarius no-
 minabatur, cumque hujus Pontificis
 animum erga se haud leviter refrige-
 ratum sentiret, relicta Roma quasdam
 Pontificiæ ditionis urbes regendas so-
 scepit, tandem vero infidæ fortune
 pertæsus, Societatem trigesimo ætatis
 anno ingressus est, ubi sacratioribus li-
 teras aliquamdiu professus, totum se
 studiis dicabat, ac singularem Ale-
 xandri VII. favorem promeritus, ab
 eodem Cardinalis, pluriumque Con-
 gregationum Consultor renunciabatur.
 Denique meritis plenus die quinta Julii
 Romæ sexagenarius decessit. Reliquit
 plurima ingenii sui momenta, inter
 quæ

quæ potissimum celebratur ejus Histo-Sæc. XVII.
ria Concilii Tridentini contra Paulum A. C. 1667.
Sarpium, quamvis quidam Author,
qui se *Cæsarem Aquilinum* nominat, Pa-
lavicini Historiam minus præstantem
esse propugnet Sarpii & Scipionis Hen-
rici Historia, eoquod innumera a longe
petita, non dicam utilia ac bona, sed etiam
perniciosa & pessima adjunxerit, necnon
abscondita & incerta evulgarit, & quæ ab
Henrico ut indigna ac vilia contemneban-
tur, ut magna & necessaria amplificavit,
ac denique summo livore imbutus, omnia,
quæ Paulus Sarpus scripsit, ut passim
reprehenderit, ac promiscue sive bona, sive
mala verborum profluvio involverit, atque
ut falsa suadere nifus fuerit. Utut vero
de hujus censuræ æquitate sit, negari
haud potest, quod Palavicinus a sum-
mis Romanæ Curiae Ministris abun-
dantius genuinos fontes seu libros vel
manuscriptos vel typis editos, necnon
acta & epistolas ac relationes de hoc
Concilio ex archivis obtinuerit, ejus-
que Historia pro Catholicæ fidei veri-
tate & Concilii autoritate vindicanda
utilior sit, cum tamen illa Pauli Sarpii
ad Concilii fideique orthodoxæ detri-
mentum tendat, & hæreticis calum-
niandi ansam præbeat.

Edidit insuper Sfortia libros novem
de universa Theologia, vindicias So-

Sæc. XVII. cietatis, Libros VIII. assertionum The-
 A. C. 1667. logicarum, Disputationes in primam
 secundæ D. Thomæ, Philosophiam Mo-
 ralem, artem perfectionis Christianæ,
 fastos sacros, præter epistolas varias.

§. XCIX.

*Volumnii Bandinelli Cardinalis
 obitus.*

Clacon. l. c. Alter erat Volumnius Bandinellus
 Nobilis Senensis, qui in patria
 uxorem duxit, ex qua plures suscepit
 filios, atque in aula Magni Etruriæ Du-
 cis cum summa nominis sui laude ver-
 satus aliquamdiu sese detinuit; Con-
 iuge autem sua orbatus, ac Fabio Chi-
 sio Cardinali intima amicitia junctus,
 ab eodem in Papam electo Roman
 accersitus est, ubi Pontificii cubicul
 Præfectus, & Palatii Oeconomus, dein
 Patriarcha Constantinopolitanus, ac
 demum Presbyter Cardinalis renun-
 tiabatur: Rexerat etiam per trien-
 nium Legatus Æmilianam Provinciam.
 Romam postea reversus, in pia huma-
 narum, Divinarumque rerum contem-
 platione residuos vitæ dies transegit,
 tandem die quinta Junii vita functus.
 Erat Vir natura, consuetudine, & di-
 sciplina lenissimus, ac prudentia & re-
 ligione singulari præstans.

§. C.

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

§. C.

*Stephani Durantii Cardinalis
decessus.*

Præter hos duos regnante Clemente IX. Papa adhuc alii tres ex Purpuratis hoc anno mortalitatem exuerunt, quos inter primus est Stephanus Durantius patria Genuensis, qui emenso studiorum curriculo Romæ legalibus disciplinis operam navavit, ubi etiam a Gregorio XV. utriusque Signaturæ Referendarius, Cameræ Apostolicæ Clericus, & ab Urbano VIII. annonæ Præfectus, Ecclesiæ Thesaurarius, demum vero Presbyter Cardinalis nominatus est. Postquam vero aliquamdiu Ferrariensi Legatione functus erat, ab eodem Pontifice in laboris, beneque administratæ Reipublicæ præmium Archiepiscopatu Genuensi honorabatur, quam Ecclesiam summa vigilantia usque ad finem Pontificatus Alexandri VII. moderatus, Seminarium pro Clericis, Monasterium pro Sacerdotibus Congregationis Missionum, necnon Rurales Diæcesis suæ Ecclesias aut recens erexit, aut collapsas suis sumptibus restauravit: dimisso demum Episcopatu suo aliquamdiu in Romana Curia pie sancteque, uti Principem Ecclesiasticum

*Gualdus in
Hist. Ughel.
Ital. Sacr.*

cum

Sæc. XVII. cum decebat, vixit, & placidissime die
A. C. 1667. vigesima secunda Julii annos natus se-
ptuaginta in Domino obdormivit.

§. CI.

*Odorardus Vecchiarellus Cardinalis
 mortuus.*

*Ciacon. in
 vit. Alex.
 VII.*

Ejusdem quoque Mensis die ultima
 decessit Romæ Odoardus Vecchia-
 rellus patria Reatinus. Hic per va-
 rios honorum gradus, quos impigri
 labores pro Ecclesiæ utilitate exan-
 lati præcesserant, tandem ad Reati-
 num Episcopatum & Cardinalitiam
 dignitatem ascendit, moxque pluribus
 cooptatus est Congregationibus, quas
 tamen frequentare haud poterat, eo-
 quod partim ab urbe absens, partim
 gravi diuturnoque morbo impeditus
 esset: Attigit nonnisi quinquagesimum
 quartum ætatis suæ annum.

§. CII.

*Ernesti Adalberti de Harrach Cardi-
 nalis decessus.*

*Vittorell. in
 add. ad Ciac.
 Tuld. Hist.
 Decan. l. 3.* Postremus ex Purpuratis hoc anno
 denatis erat Ernestus Adalbertus
 de Harrach natione Germanus, qui
 Romæ bonarum artium studiis insigni
 profectu vacans, Pontifici a cubiculo
 erat,

erat, postea Pragensis Archiepiscopus ^{Sæc. XVII.}
& Cardinalis ab Urbano VIII. absens ^{A. C. 1667.}
renuntiatus, progressu temporis simul
etiam Tridentinam Ecclesiam obtinuit,
ac vigilantissimus Pastor commissas sibi
oves singulari cura pavit, Ecclesiasti-
corum mores correxit, Clerique disci-
plinam non modo monitis & præceptis
sed præcipue exemplis instaurare sate-
git, templisque nitorem pristinum, aut
etiam ampliorem reddidit. Innumeræ
sunt calamitates, quas in Germaniæ
bellis, præcipue in Pragensi obsidione
ab hæreticis Suecisque perpeßus est,
quin propterea ab immoto fidei conser-
vandæ studio, & suo grege ab hæresis
peste aut præservando, aut revocando
absterreri posset: tandem vero Viennæ
die vigesimo quarto Octobris anno æta-
tis septuagesimo secundo Purpuram cum
vita exuit. Habuit in Pragensi Archi-
episcopatu Successorem Comitem Gui-
lielmum de Kolowrath, quo mox de-
functo nominatus est Ferdinandus a Bi-
lenberg Ord. S. Benedicti Episcopus Re-
ginæhradecensis.

§. CIII.

*Tres Cardinales a Clemente IX. Papa
renuntiati.*

Hoc

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

Hoc item anno diē duodecima Decembris Clemens IX. Pontifex Maximus in Quirinali Palatio tres Cardinales, unum Presbyteris, & duos Diaconis Cardinalibus aggregavit. Horum primus erat Jacobus Rospilius Pape Nepos Cardinalis tit. S. Sixti. II. Leopoldus Medices Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis Frater Cardinalis primum tit. SS. Cosmæ & Damiani, postea S. Mariæ in Cosmedin. III. Sigismundus Chisus Alexandri VII. Pontificis ex Fratre Nepos, Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.

§. CIV.

Ejusdem Pontificis Constitutiones.

Bull. magn.
Const. Alexandri VII.
& Clem. X.

Nonnisi duas Constitutiones Alexander VII. hoc anno edidit, jam gravi morbo præpeditus: die tamen duodecima Martii Patribus Congregationis Somaſchæ indulſit, ut ſuos Scholares, Clericos, & Alumnos in ſeminario, ſuiſque Collegiis, ſine præjudicio jurium Parochialium, Eccleſiaſtica ſepultura tradere valeant, ita tamen, ut antequam eos ſepeliant, Parochos de ſuper certiores reddant: die autem vigesima ſecunda Januarii declaravit, quod in duplicibus Miſſæ de requiem non celebrantur.

lebrentur, exceptis Anniversariis ex Sæc. XVII.
dispositione Testatorum relictis. A. C. 1667.

Ejus vero Successor Clemens IX. die decima octava Julii Universale Jubilæum pro salutari Ecclesiæ Catholicæ regimine indixit; die etiã decima septima Septembris & die undecima & vigesima prima Octobris indulgit, ut in tota Pontificia ditione ab omnibus Clericis etiam Jesuitis, & Augustinianis officium cum octava de præcepto & Missa de Conceptione B. V. recitari & celebrari valeat, necnon Festum S. Ignatii sub ritu duplici, & quidem ab omnibus, qui ad Horas Canonicas adstringuntur: cum autem Joannes Baptista de Marinis Ord. FF. Prædicatorum Generalis summo Pontifici exposuisset, quod in Hibernia exorto novo persecutionum genere Catholici & præfertim Sacerdotes carceribus, exiliis, opprobriis, aliisque calamitatibus ob fidem orthodoxam graviter vexentur, & plures Religiosorum Communitates dissipentur, ac Missionarii dispergantur, atque ejiciantur, proin Missionarii ad labores Apostolicos ibidem numero sufficientes desint, hinc summus Pontifex ad præfati Generalis preces die decima nona Octobris concessit, ut pro sublevandis hisce Missionariis extra Hiberniam in aliis Catholicorum Principum Re-

Sæc. XVII. Regnis nationalia sui Ordinis domicilia
A. C. 1667. & Collegia erigere possit, in quibus
 tam exules Missionarii ob fidem pro-
 scripti asylum inveniant, tum Hyber-
 norum juvenus Catholica studiis contro-
 versiarum, Sacrarumque literarum ju-
 giter ad Apostolicas Missiones eru-
 diatur.

§. CV,

Synodi Monasteriensis Decreta.

Celebrabat hoc anno die vigesima
 prima Martii & decima octava Octo-
 bris Christophorus de Gallen Monaste-
 riensis Episcopus duas Synodos Dia-
 cesanas, in quibus confirmatis priorum
 Conciliorum decretis præcepit, ut Pa-
 rochi Vicario Generali indicent in Pa-
 schate communicantium, Baptizato-
 rum, Matrimonio junctorum, Acathe-
 licorum, ad fidem reverforum, alieni-
 genarum & a fide deficientium nume-
 rum, ætatem, sexum, & conditionem.
 Præcepit insuper, ut Catholici moti
 ab hæreticorum famulatu revocentur.
 Denique prohibuit, ne quis deinceps
 ad beneficia aliquem præsentet, vel
 investiendi habentes præsentatum in
 possessionem beneficii inducant, qui ob
 evidentem reddituum tenuitatem statum
 Clericali non congruere, nec vivere,
 nec in locis beneficiorum residere valet.

§. CVI

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

§. CVI.

*Scriptorum religione Catholicorum
obitus.*

Occurrunt ex Scriptoribus Ecclesia-
sticis admodum pauci, qui hoc anno
vitam cum calamo posuere; ex his
decessit trigesima Decembris Josephus
Lainez Gaudicianus in Hispania Epi-
scopus, qui edidit commentaria in Jo-
nam, sermones quadragesimales, tra-
ctatum de Ninivitis ex Jona, vitas Jo-
sephi & Danielis, pluresque alios ser-
mones. II. Leo Allatius summi Pon-
tificis Bibliothecarius, Vir in Antiqui-
tatum cognitione celeberrimus, qui per-
utilem in uniendis cum Ecclesia latina
Græcis operam impendit, scripsitque
vindicias Synodi Ephesinæ, Catenam
SS. Patrum in Jeremiam, Eustachium
Antiochenum in Hexameron, Apes
Urbanas, tractatus de Psellis, de Si-
meonibus, de Georgiis, de octava Sy-
nodo Photiana, de Mensura temporum
antiquorum, de libris Ecclesiasticis
Græcorum, & de Orientalis & Occi-
dentalis Ecclesiæ perpetuo consensu.
Edidit quoque exempla varia Græco-
rum Sophistarum, consutationem fa-
bulæ de Joanna Papissa & alia quam-
plurima. III. Petrus Franciscus de
Hist. Eccles. Tom. LXIII. T Sueur

*Du Pin Bibl.
t. 18. p. 2.
Cers Hist.
Es Crit. Bibl.
Echard.
Script. Ord.
Præd.
Bibl. Script.
Carm.*

Sæc. XVII. Sueur Ord. S. Benedicti Congreg. S.

A. C. 1667. Mauri, qui Mabillonio in concinnandis

Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti egregiam navavit operam, ipseque plures Sanctorum Vitas descripsit, illustravitque. Asservatur quoque in Bibliotheca S. Wandrillæ vita B. Alani ab eodem Authore composita. IV. Ignatius Ciantes Ord. FF. Prædicatorum Episcopus S. Angeli Lombardorum, edidit Synodi suæ Constitutiones & decreta, orationes tres ad Urbanum VIII. & Gregorium XV. præter laudationem S. Thomæ Aquinatis. V. Paulus Perromellus ex eodem Ordine in Perside Missionarius edidit ad preces Persarum Regis tractatum, in quo ex solis Prophetarum dictis Mysterium Incarnationis explicabat, scripsit quoque apologiam de duplici natura Christi, alias apologias contra Stephanum, & Niesen Sacerdotes, præter responsiones ad dubia Armenorum. VI. Petrus a S. Andrea Carmelita Excalceatus, qui Historiam generalem sui Ordinis edidit, præter tragoediam Christianæ Sulanæ, & S. Dorotheæ Martyris, tractatum de Chyromantia & Physonomia naturali, pluresque Venerabilium Ordinis sui Vitas. VII. Philippus Labbeus Jesuita, edidit Collectionem omnium Conciliorum, necnon Bibliothecam Biblio-

Bibliothecarum, concordiam Chrono- Sæc. XVII.
 logicam, Bibliothecam Anti - Janse- A. C. 1667.
 nianam, Historiam omnium Galliae Sy-
 nodorum, Bibliothecam novam Ma-
 nuscriptorum seu Collectionem veterum
 Franciæ Chronicorum, specimen novæ
 Bibliothecæ, chronicon Dolensis Cæ-
 nobii, librum de Scriptoribus Historiæ
 Byzantinæ pluraque alia.

§. CVII.

*A catholicorum Scriptorum mors
 & opera.*

Ex Scriptoribus A catholicis, quorum Freherus
 opera recensimus, decesserunt Theatr. e-
 sequentes. I. Joannes Hottingerus, rud. p. i.
 qui posteris reliquit analesta Historico- sect. 3.
 Theologica, Bibliothecam Orientalem, Wood
 thesaurum Philologicum, Historiam Ec- Athene.
 clesiasticam, Grammaticam Chaldaicæ Oxon.
 & Syriacæ linguæ, Smegma Orien-
 tale, Juris Hebræorum leges, epitome
 utriusque Juris hæbraici, præter plura
 alia II. Joannes Reading scripsit me-
 ditationem ad Civitatem sanctam, An-
 tidotum adversus Anabaptismum, tra-
 ctatum de mensura Templi, & com-
 mentaria in quatuor Evangelia, III.
 Balthasar Coppius edidit utilitatem
 doctorum Virorum, Ecstaticon de ni-
 hilo, & Catechismum græcum Rho-

Sæc. XVII. domanicum observationibus. IV. Joannes Henricus Urfinus elucubravit commentaria in quosdam Prophetas minores & in Jonam, item Regulam fidei christianæ, arboreum Biblicum, collationem de una religione, Ilagogen Historico-Chronologicam, de necessitate Calicis consecrati, Sylvam Theologiæ symbolicam, & alia quam plurima. V. Matthæus Hofman edidit clavam Apocalypticam, viridarium Spiritus sancti ex plantis biblicis, Chronographiam Terræ sanctæ, & Topographiam Hierosolymitanam & Salomonis Templi. VI. Jacobus Rappius prælo subiecit commentarium synopticum in universam Bibliam, Bibliothecam portatilem, per annum SS. Theologiæ, Aphorismata & Memoriale Biblicum.

§. CVIII.

*Clementis Papæ IX. Constitutio
versus Gallicam versionem Ritualis Romani.*

*Abrege de
l'Hist. Eccl.
tom. 3.
Argentre
Coll. Jud.
tom. 3.*

Fuit & hic annus Christi millesimus sexcentus sexagesimus octavus, lætis ac tristibus fatibus intermixtus, tamen prævaluere tristitia, & Ecclesiæ tranquillitatem perturbantia, præcipue in Galliis, ubi novi fastidii argumentum exstitit Gallica versio Ritualis Ro-

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

mani, quod Nicolaus Pavillonius Aletensis Episcopus Parisiis hoc anno excudi curabat, sub hoc titulo: *Rituale Romanum Pauli V. Pontificis Gallice redditum ad usum Diœcesis Aletensis unacum instructionibus & rubricis*, cum autem in hac versione quædam doctrinæ & propositiones falsæ & erroneæ continerentur, hinc Clemens IX. Papa die nona Aprilis hoc Rituale flammis consignari iussit, edito desuper hoc diplomate:

„Creditæ nobis divinitus omnium
„Ecclesiarum sollicitudinis ratio exigit,
„ut Ecclesiasticæ disciplinæ, cujus cu-
„stodes a Domino constituti sumus, ubi-
„que conservandæ jugiter incumbentes,
„omni cura, atque vigilantia præcavere
„studeamus, ne quid in eam irrepat,
„quo quomodolibet turbari aut a præ-
„scriptis ritibus aberrare, & via erro-
„ribus aperiri possit. Cum itaque (sicut
„nobis innotuit) anno proxime elapso
„typis impressus, ac in lucem Parisiis
„editus fuerit Gallico idiomate liber,
„cui titulus est: *Rituale Romanum Pauli V.*
„ad usum Diœceseos Aletensis, unacum In-
„structionibus & rubricis Gallice. In quo
„non solum continentur non nulla ab
„ipso Rituali Romano jussu felicitis re-
„cordationis Pauli Papæ V. prædeces-
„soris nostri edito aliena, sed etiam
„doctrinæ quædam, & propositiones

T 3

„falsæ,

Sæc. XVII. „falsæ, singulares, in praxi periculose,
A. C. 1668. „erroneæ, & consuetudini in Ecclesiâ

„communiter receptæ, atque Eccle-
 „siasticis Constitutionibus oppositæ, &
 „repugnantes, quarum usu & Lectione
 „Christi Fideles in jam damnatos er-
 „rores sensim induci, ac pravis opi-
 „nionibus infici possent. Nos oppo-
 „situm huic malo remedium adhibere
 „volentes, motu proprio, & ex certa
 „scientia, ac matura deliberatione no-
 „stra, librum sub titulo Ritualis Gal-
 „lico idiomate editum præfatum A-
 „uthoritate apostolica tenore præles-
 „tium omnino damnamus, reprobamus
 „& interdicimus, ac pro damnato, re-
 „probato, & interdicto haberi vole-
 „mus, ejusque impressionem, lectu-
 „nem, retentionem & usum universis
 „& singulis utriusque sexus Christi Fi-
 „delibus præsertim civitatis, & Dio-
 „cesis Aletensis, cujuscunque gradus
 „conditionis, Dignitatis, & præemi-
 „nentiae existant, licet de illis specialis
 „& individua mentio habenda foret,
 „sub pœna excommunicationis latæ sen-
 „tentiae ipso facto incurrendæ perpetuo
 „prohibemus. Mandantes, ut statim
 „quicumque illum habuerint, vel in
 „futurum quandocunque habebunt, lo-
 „corum Ordinariis, vel inquisitoribus
 „qui vero Venerabili Fratri Episcopo

„Aletensi subfunt, Metropolitano, aut Sæc. XVII.
 „uni ex vicinioribus Episcopis, reali- A. C. 1668.

„ter & cum effectu exhibeant, tra-
 „dant, & consignent; qui nulla inter-
 „posita mora exemplaria sibi tradita,
 „& alia quæcunque habuerint, igne
 „comburant, & comburi faciant; in
 „contrarium facientibus non obstanti-
 „bus quibuscunque. ut autem præsen-
 „tes literæ ad omnium notitiam faci-
 „lius deveniant, volumus, & Autho-
 „ritate prædicta decernimus, illas ad
 „valvas Basilicæ Principis Apostolo-
 „rum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac
 „in acie campi Floræ de urbe per ali-
 „quem ex cursoribus nostris publicari,
 „ac illarum exempla ibidem affixa re-
 „linqui, illasque sic publicatas omnes
 „& singulos, quos concernunt, perinde
 „afficere & arctare, ac si illorum uni-
 „cuique personaliter notificatæ, & in-
 „timatæ fuissent, Ipsarum vero præ-
 „sentium literarum transumptis, seu
 „exemplis, etiam impressis, manu ali-
 „cujus Notarii publici subscriptis, &
 „sigillo personæ in Ecclesiastica digni-
 „tate constitutæ munitis, eandem fi-
 „dem in iudicio, & contra illud ha-
 „beri, quæ eisdem præsentibus habe-
 „retur, si forent exhibitæ vel ostensæ.,

Verum huic Pontificis Constitutioni
 mox viginti novem Franciæ Episcopi

Sæc. XVII. sese opposuere, hujusque versionis defensionem palam in se suscepserunt, inter quos Ludovicus XIV. Franciæ Rex non sine maxima summi Pontificis molestia Bragellinio Nuntio Apostolico inhibuit, ne Pontificis Bullas, quibus tam Ritualis quam Testamenti Novæ Gallicam versionem proscripsit, promulgaret.

§. CIX.

Quatuor Franciæ Episcoporum litteræ encyclicæ ad omnes Galliarum Præsules.

*Vid. supra
Hist. abrégé
de la Paix
du Clément
Recueil. II.
pag. 120.
Abbé du
Mas Hist.
des cinq.
prop. l. 6.*

Cum interim quatuor illi Franciæ Præsules, qui hucusque formulam signare recusabant, ex nupero Senatus decreto haud obscure prospicerent, quod causæ suæ patrocinium a Rege nullum sperare possent, totius Cleri Gallicani opem implorare statuerunt. Igitur hanc in rem die vigesima quinta Aprilis datis ad omnes Franciæ Episcopos litteris contra Romanam Curiam acerbè questi, eos rogabant, ut sui defensionem in se susciperent, utpote in causâ ipsâ etiam communi, cum non modo de privata eorum oppressione, sed sacrorum Canonum eversione, primorum æquitatis naturalis præcipiorum violatione, & summi dignitatis Episcopalis contemptu ageretur.

id vero attentari autumabant per nu- Sæc. XVII.
peram Constitutionem, quam a Papa A. C. 1668.
fuisse extortam dicebant per occultos
eorum hostes (scilicet Iesuitas) qui
jam ejusmodi Bullam a moribundo Pontifice
Alexandro eblanditi sunt, quamvis hic Papa
ausus adeo illegitimi funestos successus haud
ultra prospiciendo capax fuisset. Postea
ex veteri & hodierna Ecclesiæ Histo-
ria comprobare nitebantur, agendi ra-
tionem, quam Curia Romana hac in
caussa tenuisset, injustam esse, eam-
que ex ambiosis Romanæ Curiae con-
siliis ortum traxisse, necnon Franciæ
Episcopos ab ea in pluribus occasioni-
bus contemptui fuisse habitos . . . non
autem, subjunxerunt hi quatuor Epi-
scopi, agitur de fide, nec de re religionem
spectante . . . sed de mandato nobis im-
posito, cui nos nunquam obtemperaturos
haud ignoratur, eoquod non ignoretur,
nobis omnino persuasum esse, quod sine ve-
ritatis detrimento parere non valeamus.
„Vestram igitur sententiam exquirimus,
„an ad stabiliendum errorem, disci-
„plinæ relaxationem, & promovendos
„Ecclesiæ tumultus quid aptius sit,
„quam si adeo perniciosum in Ecclesia
„toleraremus exemplum, & permitte-
„remus, quin vel ullus sese opponere
„& palam damnare auderet, ut sex
„vel septem Pontificii Deputati nobis

Sæc. XVII., in crimen vertere præsumant
 A. C. 1668. „agendi rationem, quæ per plusquam
 „viginti alios Episcopos fuit approbata
 „scilicet rejecta simplex & pura fuit
 „mulæ subscriptio, „

Verum hæc Episcoporum molimina
 summopere displicuere Ludovico Regi
 qui se præsentem a suo Senatu de
 quarta Julii edictum promulgari iussit
 vi cuius hæc literæ supprimerentur,
 mulque omnibus Regni Archiepiscopis
 & Episcopis injungeretur, ut nulli
 omnino earum rationem haberent, eo
 quod indubium esset, quod quatuor
 horum Præfulum causa esset ex majores
 ribus, quas etiam in prima instantia
 vel per se vel per Delegatos iudicari
 ad Sedem Apostolicam pertineret.

§. CX.

*Plurium molimina pro componenda
 hoc negotio.*

*Hist. abrégé
 de la Paix
 de l'Eglise.
 pag. 120.*

Cum interea quatuor hi Episcopi pro
 tuenda sua causa ubique patronos
 sibi conciliare niterentur, non pauci
 hanc controversiam Romæ componen-
 da moliebantur, haud ignari, desperatum
 esse de pace in Galliis reddenda, nisi
 prius summo Pontifici satisfactum esset.
 Hos inter prior Henricus Godrinus Se-
 nonensis Archiepiscopus, ceteris sen-

& auctoritate spectabilior Bragellinium Sæc. XVII.
Sedis Apostolicæ Nuntium accessit, ei- A. C. 1668.
que exposuit, turbas in Galliis exinde
essentatas, quod Alexander VII. ab aliis
deceptus, hos quatuor Episcopos circa
Janfenii factum, aliter quam omnes
ferme ceteri Franciæ Episcopi, sen-
tire crediderit: pacem vero, quam
Clemens IX. Franciæ & Hispaniæ tam
feliciter dedisset, pariter Ecclesiæ red-
dendi gloriam summo huic Pontifici
reservatam videri, dummodo a qua-
tuor hisce Episcopis ad obtinendam sin-
ceram eorum submissionem nihil pete-
retur, quod aut illorum conscientiam,
aut dignitatis suæ honorem læderet.
Pariter Lionneus, qui Regi a secretis
erat, Nuntio significabat, quatuor ho-
rum Episcoporum causam cum noven-
decim illis, & ceteris omnibus ferme
Galliarum Episcopis communem esse,
eosque illis suffragari paratos fore:
His perceptis Senonensis Archiepisco-
pus cum Catalaunensi Præsule & Lion-
neo de opportunis hanc causam com-
ponendi mediis consultabat: tandem
vero inter eos in hæc capita conven-
tum. I. Quatuor hi Episcopi ob præ-
teritam contumaciam nulla pœna Ca-
nonica afficiantur. II. Sua mandata
revocare non adstringantur. III. No-
vam tamen formulæ subscriptionem
fuis

Sæc. XVII. suis Clericis injungant, edito desuper
A. C. 1668. Processu verbali seu sermone, quem
 tamen Episcopi in suis tabulariis absconditum tenerent, occulte autem in
 hisce processibus declararent, quod Ecclesia illos circa factum duntaxat ad
 venerationem & obsequiosum silentium adstringeret, suumque nomen ad cal-
 cem hujus declarationis apponere tenerentur. IV. Denique quatuor hi
 Episcopi literas ad Papam darent novæ hujus subscriptionis testes. Præter
 hosce transactionis articulos insuper conventum, ut hujus transactionis con-
 ditiones nequaquam scriptotenus conciperentur, ne Jesuitæ, & præcipue
 P. Annatus, vel Parisiensis Archiepiscopus intimus eorum amicus illarum
 notitiam hauriant, totamque rem evertant. Cunctis in hæc consilia con-
 spirantibus Choiseullius Conveniens Præsul Aletensem & Apamensem Epi-
 scopos, cum Andegavensis & Bellovacensis ultro consentirent, ad acce-
 ptandas hæc conditiones persuadere nitebatur: Verum Aletensis diu mul-
 tumque obstitabat; quippe haud temere suspicabatur, ne conditio circa quæstio-
 nem facti aut dolose ambiguis verbis exprimeretur, aut omnino in literis ad
 Papam dandis reticeretur, quam tamen, si Pontifex approbaturus esset, quatuor
 hi

hi Episcopi non tam transactionem, quam Sæc. XVII.
A. C. 1668.
plenam suæ causæ victoriam reporta-
rent, cum tota hujus controversiæ diffi-
cultas unice circa hunc articulum huc-
usque agitata fuisset. Eapropter Aletensis
& Apamiensis Episcopi huic transactioni
ea duntaxat lege accesserunt, ut non
modo subscriptionis mandatum ad suos
Clericos, sed etiam epistolam ad Pon-
tificem unicuique, prout videbitur,
concipere liceat, nec ipsi in illis ter-
minos obscuros, ambiguos, aut æqui-
vocos apponere compellantur Tandem
vero cunctis huic consilio acquiescen-
tibus Senonensis & Catalaunensis Epi-
scopi Lionneum accessere, supplices,
ut Papæ Nuntium ad hanc transactio-
nem ratam habendam induceret.

§. CXI.

*Pontificii Nuntii epistola ad Clemen-
tem IX. Papam.*

Rebus ita conventis Nuntius Aposto-
licus die nono Junii Romam literas Hode Hist.
Louis XIV.
lib. 30.
dedit, significans, quod pensato factio-
nis, quam sibi quatuor hi Episcopi
conciliaissent, numero & potentia, nec-
non Regii Senatus & Universitatis fa-
vore, severitatem nimis intempestivam
esse censeret, sibi tamen a Lionneo a-
liisque Præsulibus rei e sententia com-
ponen-

Sæc. XVII. ponendæ spem fuisse factam, dummodò
 A. C. 1668. contumaces Episcopi sua mandata re-

non vocare non adstringerentur, sed duntaxat ab eis sincera formulæ subscriptio peteretur. Eapropter Pontifex receptis Nuntii literis & perspecta rei difficultate mandatorum retractationem urgere, ac per nuper Delegatos Præsules contra contumaces procedere haud consultum ratus, duntaxat, ut formulæ sine ulla distinctione inter jus & factum subscriberetur, vehementer insistit, hac in re usus opera Estræi Laudunensis Episcopi ac postea Cardinalis, qui dein Catalaunensi Episcopo partes suas demandavit, utpote cui familiarius erat cum hisce quatuor Episcopis commercium. Hic in laboris societatem pariter Senonensem & Catalaunensem Præsules vocabat, quorum operæ effectum, ut quatuor præfati Episcopi concepto ex præscripta formula jurejurando consentirent, suisque Ecclesiasticis præciperent, ut præfatæ formulæ simpliciter & absolute subscriberent, hujusque suæ submissionis testes literas ad Clementem Papam se daturos promitterent. Ceterum alto silentio premebant, quod in suis processibus seu literis ad suum Clerum dandis, quibus omnes suæ Diœcesis subscribere juberentur, formulam ita interpretari con-

venit

venissent, ut quæstionem juris ad fidem Sæc. XVII.
pertinere declararent, circa quæstio- A. C. 1668.
nem autem facti non plus exigent,
quam ut per obsequiosum silentium &
reverentiam conquiescerent, nihilque
opponerent, quo sinceram, simplicem
& absolutam subscriptionem negare
crederentur. His peractis Senonensis
& Catalaunensis Episcopi Tellierum &
Colbertum Regios Administros ad ap-
probandas transactionis condiciones in-
ducere adlaborabant, simulque illam
epistolam, quam ad Papam quatuor
illi Episcopi mitterent, jam paratam
exhibebant; hanc paucis duntaxat mu-
tatis Ministri ad Regem detulerunt,
qui eam ratam habuit, dummodo etiam
Pontifex illam approbaturus foret. In-
terim Nuntius Apostolicus ineunte
Mense Augusto Roma literas accepit,
quibus Pontifex, ut Ecclesiastici Epi-
scopalibus literis de novo sua appone-
rent nomina, ratum habuit, ac Nun-
tio facultatem fecit, ut cum Senonensi,
Catalaunensi, & Laudunensi Episcopis
de epistola nomine quatuor Episcopo-
rum ad Papam transmittenda conve-
nire posset. Igitur præfati Præsules
hanc epistolam jam antea confectam
Nuntio exhibent, qui iterum paucis
immutatis illam approbat, eamque
a Pontifice ratam haberi pollicebatur,
vicissim

Sæc. XVII. vicissim vero Senonensis, ejusque socii
 A. C. 1668. spondebant, se effecturos, ut quatuor
 hi Episcopi eidem quoque subscribere.

§. CXII.

*Quatuor Episcoporum contumacium
 epistola ad Papam.*

Hucusque summus Pontifex ignore-
 bat, conventum fuisse, ut in Epi-
 scoporum mandatis circa jus sinceræ
 simplex & absoluta subscriptio exigen-
 tur, in eorum tamen literis & decla-
 rationibus ad Clerum suæ Diocæ-
 congregatum habendis, quas Galli *procu-
 sus verbales* vocant, adjiceretur distinctio
 juris & facti; id enim si rescivisset Pon-
 tifex, nunquam hanc transactionem
 approbasset; firmum enim fixumque
 semper habuit, ut formulæ pure &
 simpliciter juxta suorum Prædecesso-
 rum Constitutiones sine omni exceptio-
 ne aut restrictione subscriberetur, prom-
 etiam Episcopi in suis ad Papam lite-
 ris contestati sunt, quibus etiam Rex
 Nuntius & præfati Episcopi Mediato-
 res, necnon Lionneus ad tollendam
 omnem fraudis suspicionem suas ad-
 didere literas: Epistolæ autem a qua-
 tuor Episcopis contumacibus scriptæ
 summa erat hæc:

„Cum

„Cum non minus ad officium Epi- Sæc. XVII.
 „scoporum pertineat, charitatis unita- A. C. 1668.

„tem servare, quam ipsius fidei tenere
 „veritatem, id nobis in instituenda vita
 „sequi semper propositum fuisse norunt
 „omnes, quibus interius familiarius-
 „que noti sumus, sed ut illius propo-
 „siti in hoc subscriptionum negotio il-
 „lustre toti Ecclesiæ daremus argumen-
 „tum, eo præcipue sumus adducti, quod
 „Consilium in hoc nostrum cum Apo-
 „stolicæ Sedis honore & reverentia con-
 „iunctum esse putavimus. Nam cum
 „in exequenda decessoris vestri de sub-
 „scribenda fidei formula constitutione,
 „Gallicani Episcopi nobiscum sensibus
 „conjunctissimi eam disciplinæ formam
 „amplexi sunt, quam Sanctitati Vestræ
 „acceptiorem fuisse intelleximus: Nos,
 „quibus nihil est antiquius, quam paci
 „& unitati consulere, & nostram erga
 „sedem apostolicam reverentiam testifi-
 „cari, non piguit eorum institutum
 „imitari. Quamobrem congregata sicut
 „illi diæcesana Synodo & imperata
 „nova subscriptione, nos etiam subscri-
 „psimus: quæ suis ipsi clericis tradide-
 „runt, nostris tradidimus; quod in
 „Apostolicas constitutiones obsequium
 „injunxerunt, injunximus; prorsusque
 „nos ipsis, ut pridem Doctrina, ita
 „nunc in hac disciplinæ forma conjunxi-

Hist. Eccles. Tom. LXIII,

U mus

Sæc. XVII. „mus. Arduum id nobis ac perdifficili
 A. C. 1668. „fuisse non diffitemur; non ignaris

„quot malevolorum vovulas excire pos-
 „set hæc disciplinæ mutatio, sed cum
 „collegæ quidam nostri Ecclesiastici
 „Concordiæ studiosissimi, hoc & in
 „Ecclesiæ pacem opportunum, & in
 „Sanctitatem Vestram honorificum
 „que ipsi gratius fore significassent, qui
 „non illi a nobis his rationum mo-
 „mentis impetrassent, quibus & ha-
 „mana omnia & ipsam vitam libente
 „impendere parati sumus? Enimvero
 „B. Pater, quoscunque demum de no-
 „bis rumores æmuli sparserint, illi
 „tamen conscientia cum Deo teste co-
 „firmare possumus, eam nobis semper
 „in Romanam Ecclesiam mentem fuisse
 „quam a primis temporibus Galliarum
 „Episcopi semper professi sunt, quæque
 „semper Apostolicæ Sedi acceptissima
 „fuit. Novimus enim ut fluxam in
 „charitate fidem, sic vanam esse cha-
 „ritatem, quæ constitutos in Ecclesiæ
 „honorum gradus servare renuat: qui
 „collatum divinitus B. Petro Ecclesiæ
 „primatum in ejus successoribus no-
 „agnoscat; nec hoc fateatur univer-
 „per orbem Ecclesiis necessarium, ut cum
 „Romana tamquam cum unitatis fonte
 „indivulso vinculo cohæreant. Hæc
 „fidem B. Pater ad ipsum Christi tribu-

„nal perferemus: hanc dum in vivis Sæc. XVII.
 „agemus, palam semper apud homines A. C. 1668.
 „profitebimur, nec ullis unquam deerimus officii, quæ a catholicis Episcopis hæc professio possit exigere.”

„Atque hæc, Beatissime Pater, in
 „omnes Apostolicæ Sedis summos præ-
 „sules in ipsa fide fundata Religio no-
 „stris penitus animis impressa est. Ve-
 „stræ autem privatim sanctitati, quam
 „temporalis & Ecclesiasticæ pacis sin-
 „gulare studium toti Ecclesiæ præci-
 „pue commendat, singularem quem-
 „dam ac præcipuum amorem & obse-
 „quium hoc nomine debere nos fate-
 „mur, debitumque præstabimus: ac
 „vicissim quoque fore speramus, ut
 „discussis suspicionum nebulis aposto-
 „lica in nos charitas vestra nova qua-
 „dam luce resplendeat: ita compositis
 „undique cum summa ipsius laude dis-
 „sensionum seminibus, quæ vel Re-
 „gnorum, vel Ecclesiæ tranquillitatem
 „solicitare possent, licebit Sanctitati
 „Vestræ ad alia commissæ sibi totius
 „Ecclesiæ vulnera curas suas, labores-
 „que conferre. Quod ut diutius possit
 „fructuosiusque præstare longam ipsi
 „summi Pontificatus usuram, & divi-
 „norum donorum abundantiam preci-
 „bus ac sacrificiis nostris assidue flagi-
 „tabimus.”

Sæc. XVII. Ceterum hæc epistola data est de
A. C. 1668. prima Septembris, in qua affirmatur

Synodos jam fuisse habitas, novam
subscriptionem jamjam præceptam, &
subscriptionem jam fuisse factam, cum
tamen hæ Synodi primum die decima
quarta, decima quinta & decima
septima ejusdem Mensis fuerint convo-
catæ. Forte hujus dicti veritas, pri-
mum in itinere, & in latoris pera
maturata.

§. CXIII.

*Horum declarationes in suis Synodis
ad Clerum factæ.*

Interim vero hi quatuor Episcopi sunt
Clerum convocarunt, ad quem quilibet
orationem, prout illa ipsis a Pa-
risinis Præsulibus fuit transmissa, ha-
buit; cum autem horum quatuor decla-
rationes seu processus verbales iisdem
ferme verbis concepti essent, sufficiens
illum Henrici Arnaldi Andegavensis
Episcopi adducere:

„Charissimi Fratres.

„Semper Ecclesiæ pacem pro-
„randi studio animati, omnes ad
„pervenienti vias exploravimus: tan-
„dem vero iter nobis per Dei Pro-
dentiam & plurium doctrina & pietate
„in-

„inclytorum Præfulum confilia apertum Sæc. XVII.
 „est. Hi enim nobis significarunt, si no- A. C. 1668.
 „vam subscriptionem fecerimus, eas-
 „demque, quas ipsi in suis Synodis de-
 „derunt, instructionem dederimus, spem
 „fore, ut eam Pontifex ratam haberet,
 „sicque Ecclesiæ tempestas plene seda-
 „retur. Eapropter vos ad hunc locum
 „convocavimus, ut de obligatione, quam
 „Ecclesia vobis per hanc subscriptio-
 „nem imponere intendit, probe edocti
 „sitis: vobis itaque declaramus.

I. „Quod vos obstringatis, ut fin-
 „cere, absolute & sine ulla restrictione,
 „aut exceptione omnes sensus ab Ec-
 „clesia & Pontifice in quinque proposi-
 „tionibus damnatos damnetis, itaque
 „profiteamini, quod circa hunc arti-
 „culum non aliam, quam Ecclesiæ Ca-
 „tholicæ fidem teneatis.

II. „Declaramus vobis, injuriam
 „irrogari Ecclesiæ, si in his sensibus
 „condemnatis doctrina SS. Augustini
 „& Thomæ circa gratiam ex seipsa effi-
 „cacem, & ad omnes pietatis Chri-
 „stianæ actiones necessariam & Electo-
 „rum prædestinationem comprehende-
 „retur.,

III. „Declaramus, quod circa fa-
 „ctum in ultima formula contentum,
 „hac subscriptione duntaxat ad reve-
 „rentiæ & disciplinæ submissionem ad-

Sæc. XVII. „stricti sitis, hæc autem in eo conf
A. C. 1668. „stat, ut contra decisionem jam factam

„non insurgatis, sed silentium teneatis,
 „ut debita inferiorum erga Superiores
 „Ecclesiasticos subordinatio observetur.
 „si vero præter expectationem nostram
 „aliquis hac in re suis partibus defue
 „rit, in eum via juris procedemus,
 „prout in Innocentii X. & Alexandri VII.
 „Constitutionibus sancitum est. „

Ad calcem vero hujus declaratio
 nis apponebatur formula a cunctis sub
 scribenda, hujus tenoris: *Ego N. con
 stitutioni Apostolicæ Innocentii X. datæ 31
 die Maij 1653. & Constitutioni Alexan
 dri VII. datæ 16. Octobris 1656. summo
 rum Pontificum, me subijcio & quinque
 propositiones ex Cornelii Jansenii libri
 cui nomen Augustinus excerptas, & in
 sensu ab eodem Authore intento, prout illæ
 per dictas constitutiones Sedes Apostolica
 damnat, sincero animo rejicio ac damna
 & ita juro: sic me Deus adjuvet; & hæc
 sancta Dei Evangelia.*

Attamen ejusmodi declarationes ho
 rum Episcoporum literis ad Papam de
 tis opponi, adjectumque juramentum
 eludere videntur; quomodo enim ju
 rare poterant, se sincero animo damna
 re quinque propositiones, tanquam ex Jan
 senio excerptas & in sensu ejusdem
 Auctoris damnatas, prout illas Sedes
 Apo

Apostolica per Innocentii X. & Ale- Sæc. XVII.
xandri VII. Constitutiones damnavit, A. C. 1668.

cum tamen circa utrumque factum
sincere & juxta horum Pontificum men-
tem jurare recusent, & nonnisi silen-
tium obsequiosum suis Clericis præscri-
pserint? quomodo aliam & *novam* sub-
scriptionem in sua epistola promittere
potuerunt, cum in sua declaratione dun-
taxat *eandem*, quam antea, & nonnisi
iteratam subscriptionem cum distinctione
juris & facti jam tum rejectam manda-
rint? qua ratione affirmare poterant,
quod formulæ subscriptionem summo
Pontifici magis *acceptam* adhibere ve-
lint, cum tamen nil mutarint in illa
subscriptione, quam Pontifici adeo exo-
sam noverant, ut etiam via juris con-
tra eos procedere decreverit: quomodo
hanc disciplinæ mutationem ipsis *per-
difficilem & valde arduam* accidisse, di-
cere poterant, quæ tamen ipsis antea
voluntaria fuit, & quam mutare dun-
taxat simularunt? qua fronte obtendere
poterant, quod hac subscriptione pa-
cem Ecclesiæ reddere intendant, cum
tamen suam distinctionem innovarint,
ex qua omnes hi tumultus Ecclesiæ
fuerunt exorti? An non sublesta fides,
dolosæ artes, & præcipue in Religio-
nis rebus damnanda simulatio exinde
nimis luculenter elucet? Insuper An-

Sæc. XVII. degavenſi declarationi ſubſcripſiſſe ſic
A. C. 1668. gitor Antonius Arnaldus, qui tamen
 a Diœceſi abſens erat.

§. CXIV.

*Clementis IX. Epistoła ad Ludovicum
 Franciæ Regem.*

Haud dubium est, quin hi quatuor
 Episcopi, eorumque fautores, prius
 quam suas celebrassent Synodos, Pon-
 tifici & Ludovico Regi de sincera &
 simplici sua subscriptione fidem fecerint.
 hacque ratione utrumque deceperint
 certum est enim, quod eas Synodos
 nonnisi decima quarta, quinta & deci-
 ma septima ejusdem Mensis habuerint
 & quatuor Episcoporum epistola jam
 jam die vigesima quarta Septembris
 Romam advenerit, Pontifex autem jam
 die vigesima octava ejusdem Mensis re-
 sponsum dederit ad Regis epistolam, quæ
 hic Pontifici significabat, hos Episco-
 pos sincero animo sese Pontificiis Con-
 stitutionibus subjecisse: Hujus autem
 epistolæ a Pontifice ad Papam data
 summa erat hæc:

„Quam infixa est æque cordi ac ob-
 „ficio debitoque nostro de conservandæ
 „Catholicæ Religionis per universam
 „Ecclesiam unitate, impensa cura &
 „solicitudine; tanta sane cum lætitia
 „cogno-

„cognovimus in simplici ac pura sub-
 „scriptione formulari quatuor illorum
 „Episcoporum obedientiam & obse-
 „quium, a quo profecto magis nos ju-
 „vat ad clementiam invitari, quam ad
 „severitatem rigoris a contumacia com-
 „pelli. Quare Majestatis tuæ in ea re
 „statim nuncianda, & insigni gratula-
 „tione prosequenda studium & amorem
 „incomparabili cum gaudio animique
 „grati mutua responsione pervidimus.
 „Libenter quoque ex ejusdem Majesta-
 „tis tuæ literis & expositione dilecti
 „filii Magistri de Bourlemont, intellexi-
 „mus Venerabilem Fratrem Archiepi-
 „scopum Thebanum Nuntium Apostoli-
 „cum in executionem mandatorum no-
 „strorum accersitum. operam impen-
 „disse, sed imprimis & ante omnia ad-
 „mirabilem Zeli tui præstantiam, &
 „sanctæ Religionis ardorem in præsentī
 „quoque negotio vel maxime cognosci-
 „mus, & unice amplectimur. Tum ab
 „eo, etsi minime par esse videmus, ta-
 „men pro rei gravitate, & muneris
 „nostri partibus exigentibus summopere
 „petimus, ut Authoritate Regia effici
 „velit. ut rei tantæ, & non minus ad
 „publicas Regni rationes, quam ad
 „ipsius Religionis incolumitatem atti-
 „nenti, si quid remaneat, suprema ma-
 „nus imponatur; & omnibus sanctæ

Sæc. XVII.
 A. C. 1668.

Sæc. XVII., fidei rationibus extendendis quoque
A. C. 1668. „ac propagandis pio ac potenti Ma-
 „statis tuæ brachio consulatur, uti ple-
 „nius & idem Nuntius coram edifferet.
 „Cæterum consiliis inclitis ac religiosis
 „tuis præclaras & assiduas novæ gloriæ
 „accessiones & omnis felicitatis juga
 „incrementa a Retributore divino præ-
 „camur, Apostolica Benedictione et
 „omni animo paterno amantissime im-
 „pertita.,

Hanc Pontificis epistolam Ludovicus Rex die octava Octobris recepit, qua perlecta, a suis Ministris persuasus quod Episcopi sincere egissent, per suum Senatum edictum die vigesima tertia Octobris promulgari iussit, quo significatum „se ex Papæ literis percepisse, quod obsequio Apostolicis Constitutionibus præstito, per quatuordecim Episcopos summo Pontifici plenè satisfactum esset, eoquod hi Alexander VII. formulæ sincero animo subscripserant, & in suis Synodis subscribi curassent, hinc jubere, ut in universo Regno Bullæ & Constitutiones deinceps inviolabiliter observarentur, & eorum, necnon præteritæ oppositiones tanquam non factæ respuerentur, nec etiam propterea aliqui tanquam hæretici, Jansenistæ, vel Semi-Pelagiani traducerentur, aut „circa

„circa controversas hasce materias, Sæc. XVII.
 „calami acuerentur.,, Præterea in si- A. C. 1668.
 gnum reconciliationis die vigesima se-
 ptima ejusdem Mensis datis quoque
 literis significatum est quatuor illis Epi-
 scopis, „quod ex Papæ literis, & ore tenus
 „ex ejus Nuntio non sine maximo
 „gaudio intellectum fuerit, eos ad
 „reddendam Ecclesiæ pacem, quantum
 „in ipsis esset, contulisse, & propter
 „formulæ subscriptionem plenam Pon-
 „tifici satisfactionem præstitisse, proin-
 „eos omnem operam impensuros, ne
 „hæ dissensiones novis contentionibus
 „circa controversas hasce quæstiones
 „renascerentur, ad pium autem hoc
 „propositum ipsos quoque absdubio
 „pro viribus concursuros.,,

§. CXV.

*Pontifex per Laudunensem Episco-
 pum de sincera horum quatuor Præ-
 sulum subjectione male
 edocuit.*

Haud parum Clemens IX. Papa in sua *Abbé du*
 de sincero horum Præsulum obse- *Mas recuei*
 quo concepta opinione firmabatur ipsis *pag. 324.*
 quoque literis Casparis Estræi Laudu-
 nensis Episcopi, qui res in Episcopo-
 rum Synodis gestas ignorasse simulans,
 aut verius reipsa ignorans, eoquod ipse-
 met

Sæc. XVII. met absens, nullumque cum Episcopo
A. C. 1668. contumacibus commercium habens,
 suas partes Catalaunensi Episcopo com-
 mendasset, Romam literas dedit, in
 quibus summo Pontifici de negotio
 demandato rationem redditurus, eun-
 dem pariter de plena horum Episcopo-
 rum submissione certiores fecit his
 verbis:

„Firmata armis quibusque Candia
 „pacata Europa, restitutis apud La-
 „itanos Episcopis, aut propemodum
 „restituendis, nihil usquam majus al-
 „lici poterat, aut splendidius, quam
 „Ecclesiæ Gallicanæ tranquillitas. Hoc
 „semper in piorum omnium voto
 „summopere fuit: & pro viribus non
 „expectatum modo, sed a decem an-
 „nis tentatum a me non semel fuerat
 „sed frustra, atque immature, quod
 „solum imperante Beatitudine Vestrâ
 „perficiendum fuit. Absolvitis tandem
 „magnum illud opus, Beatissime Pater
 „nova nec non sincera subscriptione
 „aliis Episcopis consentiunt Illustrissimi
 „Aletensis, Apamiensis, Andegaven-
 „sis, & Bellovacensis: a quibus in sub-
 „scribenda fidei formula aliquatenus
 „recesserant. Illud in communi non
 „solum ad Beatitudinem vestram epi-
 „stola, sed in privatis ad Illustrissimum
 „Felicem Episcopum Catalaunensem
 „lita

„literis, dissertis verbis professi sunt, Sæc. XVII.
 „adeoque in præstanda & exigenda con- A. C. 1668.

„stitutionibus Apostolicis debita obser-
 „vantia diligentem operam navaturos se
 „pollicentur, ut subditos sibi Clericos
 „omnibus poenis Canonicis multandos
 „esse crediderint, qui quolibet modo
 „vel obtentu, seu doctrinæ librivæ Jan-
 „senii occasione quavis, vel minimum
 „Constitutionum Authoritati detraxisse
 „videbuntur. Verum de eventu tam
 „fausto atque felici gratulationem non
 „tam illorum quatuor Episcoporum pie-
 „tati atque obsequio, aut laboribus
 „utcunque nostris, quibus negotium
 „illud adjuvimus, Illustrissimus Episco-
 „pus, Catalaunensis & ego, quam Bea-
 „titudinis Vestræ summæ prudentiæ,
 „atque eximiæ benignitati debere exi-
 „stimavimus, sed animos omnium specta-
 „tissimæ atque suavissimæ virtutes tuæ
 „ita devinciunt, ut durum ac difficile
 „nihil appareat, quod Beatitudini Ve-
 „stræ gratum acceptumque futurum est.

„Laudanda etiam atque præcipue
 „æstimanda Illustrissimi tui Nuncii gra-
 „tia, sagacitas, atque dexteritas; qua
 „in dominorum amicitiam adeo com-
 „mode sese insinuat, ut quod authori-
 „tate alii nequeant, ipse singulari hu-
 „manitate possit facili negotio consequi.

„Quod

Sæc. XVII.

A.C. 1668.

„Quod reliquum est Beatissime Pa-
 „ter, universalem Ecclesiam tuam
 „spiciis, tuis curis, sub tuo, ut
 „dicam, splendidissimo sidere clariorem
 „in dies ornatiorumque fore confidimus
 „Quo magis parenti optimo & Clemen-
 „tissimo salutem optimam atque di-
 „turnam ardentissimis votis, omnique
 „quo possumus studio, assidue prece-
 „mur.,

§. CXVI.

*Summus Pontifex de horum Præ-
 lum sinceritate dubius.*

Hist. du

Paix de

Clem. p. 204.

Tandem summus Pontifex tot testi-
 niis, quæ tunc a pluribus de sinceritate
 quatuor horum Præfulum, submissis
 receperat, expugnatus pacem
 confectam, ac Prædecessorum suorum
 Constitutiones a nemine, saltem a
 Franciæ Episcopo impugnatum iri
 rabat: Attamen eorum artes & fallacia
 ita occulte fieri haud poterant, quæ
 non etiam in Gallis multi essent, qui
 de integra horum Præfulum fide, in-
 cernoque animo dubitarent, & palam
 etiam scriptis spargerent, quod hi qua-
 tuor Episcopi in Synodi actis declara-
 tiones Pontificiis Constitutionibus con-
 trarias inseruissent, simulque affirma-
 sent, quod Pontifex quinque propo-
 sitiones

tionibus in sensu Jansenii hæresis notam **Sæc. XVII.**
 inurere non potuerit; quamvis enim **A. C. 1668.**
 hi Præsules doli gnaris summum impo-
 fuissent silentium, ac insuper ad suas
 Synodos nonnisi sibi fidos advocassent,
 multi tamen probi Viri, atque inter eos
 præcipue Apamienses Canonici sub-
 lestam horum Præsulum fidem detexe-
 runt, die decima octava palam testan-
 tes, quod Franciscus Stephanus de
 Caulet Episcopus in suo sermone dixisset.
 I. Quod prius mandatum nec a
 Papa nec a Rege fuerit unquam dam-
 natum, nunc vero a quadraginta eru-
 ditissimis Franciæ Episcopis duntaxat
 in aliam formam redactum. II. Aperte
 fuerit asserta distinctio inter jus & fa-
 ctum, & quinque propositiones quidem
 fuerint damnatæ, excepto tamen sensu,
 quem circa gratiam efficacem ex mente
 SS. Augustini & Thomæ habent. III.
 Quod Episcopus hujus sermonis exem-
 plar sibi exhiberi petentibus responderit,
an hoc sit necessarium, videbimus, nec ullus
 etiam Religiosus ad hanc Synodum
 fuerit vocatus, excepto quodam Reli-
 gioso S. Genovesæ, qui generalibus
 verbis veluti nomine omnium dixit:
quicquid in his propositionibus hæreti-
cum est, condemno. IV. Quod Ec-
 clesiastici fuerint jussi sua nomina ap-
 ponere separatæ cuidam paginæ, quibus
 alia

Sæc. XVII. alia juramenti formula in scis subscri-
 A. C. 1668. bentibus, juxta Episcopi beneplacitum
 præfigi potuisset. V. Quod Episcopus
 dixerit, Papam & Regem fore contem-
 ptos, dummodo quatuor Episcopi in sua
 Synodis mandato & formulæ subscri-
 berent, & subscribi curarent, ac pro-
 pterea etiam ipsi Canonici subscrip-
 rint, postquam vero se deceptos fuisset,
 & restrictionibus præfato mandato an-
 nexis se subscripsisse compererant, ap-
 pud Archidiaconum adversus hanc fraus
 dem reclamarint.

Igitur de tot fraudibus rumore per-
 Franciam sparso Nuntius Apostolicus
 Pontificem certiores reddidit, qui e-
 dem injunxit, ut in rei veritatem se-
 dulo inquireret, cum Sedis Apostolicæ
 auctoritas, necnon Ecclesiæ tranquilli-
 tas & quies in gravissimum discrimen
 duceretur, si Episcopi juramento
 formulæ verba præstito integra fide
 acquiescerent, & jactatam ab eis
 in parte sinceritatem tam publica, con-
 stansque fama oppugnaret: quocirca
 secretioris sui Senatus literis admonitus
 jussit Nuntium, ut certius veritatem
 exploraret, ac desuper Romam accu-
 rate perscriberet; summopere enim
 tiam sollicitus erat Pontifex, ut rite
 cognosceret, quid tandem contineatur
 illis declarationibus, quas quatuor
 Episcopi

Episcopi suis actis Synodalibus addi- Sæc. XVII.
derunt; postquam igitur Papa, hos A.C. 1668.

Episcopos minus integra fide egisse, a Nuntio suo edoctus fuerat, per eundem ab illis petiit, ut publico instrumento, suo chirographo, sigillo, & Notarii testimonio plenam fidem facerent, se prorsus sincere, & ad sensum in Constitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. expressum formulæ subscripsisse, utque eidem ab Ecclesiasticis ita subscriberetur, curasse. Hæc Pontificis mandata Nuntius Apostolicus ea, quæ par erat, fide ac diligentia exequabatur, nec etiam tergiversati hi Præsules confestim eidem sequens tradiderunt instrumentum: *Nos testamur, quod in convocata Synodo formulæ fidei in Constitutione S. D. N. Papæ Alexandri VII. conformiter ad Epistolam nostram ad eundem datam sincere subscripserimus, Et eidem ab Ecclesiasticis per nos convocatis subscribi curaverimus: In quorum fidem præsens instrumentum nostra manu Et sigillo munivimus, datum &c.* Observandum tamen, 1. quod hi Episcopi eandem diem, scilicet primam Septembris, qua suas signabant literas ad Papam, apposuerint, cum tamen primum ab eis exeunte Mense Octobri hoc instrumentum fuerit petatum: novum sane suspectæ fidei argumentum, & miserum desperatæ causæ remedium?

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

X II.

sæc. XVII

A. C. 1668

II. quod hoc instrumentum non fuerit
 munitum testimonio Notarii publici
 sed illorum, quos quilibet Episcopus in
 epistolis habuit. Propterea tamen
 nondum cessabant plurium querelæ con-
 tra hosce Præsules, eorumque falsas
 artes; unde rumore hoc primum Galiam
 dein Romam pervagante, Pontifex
 iam hisce Episcopis reconciliari tenta-
 versabatur, rursus suo Nuntio im-
 gens, ut exactius, caute tamen, in-
 veritatem indagaret: nihilominus
 Papæ mandatum brevi innotuit Regi
 Ministris, qui, cum pacem plene con-
 sectam esse, Regi persuadere adlabo-
 rassent, Harlayum tunc Rothomagen-
 sem Archiepiscopum instigarunt, ut
 talaunensem Episcopum. qui ex
 Conciliatoribus tum solus Parisiis
 gebat, eo adduceret, quatenus literas
 apud summum Pontificem datis de
 cera Episcoporum subscriptione tes-
 monium redderet. Hic ergo quan-
 tius unacum Antonio Arnaldo, cui
 timo amicitiae vinculo junctus erat,
 Clementem Papam hanc dedit epistolam
 „Quapropter illi Episcopi, ceterique
 „Ecclesiastici perfecta prorsus agunt
 „tegritate, & sine dubio pro con-
 „vanda Ecclesiæ fide, magno Zelo,
 „profunda submissione erga S. Sedem
 „accendantur: Quinque propositiones

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

„in omnibus sensibus ab Ecclesia dam-
 „natis sine ulla exceptione & restrictio-
 „ne damnarunt, & damnari curarunt:
 „longissime ab eis abest, ut sub quocun-
 „que obtentu earum errores innova-
 „rent, aut ab aliis innovari pateren-
 „tur, nec etiam ullo pacto condem-
 „nationem ab Ecclesia factam labe-
 „factare intendunt. Quantum vero hæ
 „propositiones Jansenii libro attribuun-
 „tur, etiam in hoc omnem obedien-
 „tiam illam Ecclesiæ debitam detule-
 „runt, quam omnes Theologi docent
 „ipsi esse exhibendam circa libros ab
 „ea damnatos, juxta doctrinam Catho-
 „licam ab omnium sæculorum Doctori-
 „bus traditam, & etiam a novissimi
 „temporis summis S. Ecclesiæ defen-
 „soribus, Cardinalibus Baronio, Bel-
 „larmino, Pallavicino, Richelio, &
 „Patribus Sirmondo & Patavio, con-
 „formiter ad Bullas Apostolicas, quæ
 „exigunt, ut nihil dicatur, scribatur,
 „aut doceatur contrarium iis, quæ hac
 „in causa a summis Pontificibus sunt
 „tradita. His quoque quatuor hi Epi-
 „scopi addiderunt, processuros se ad
 „poenas Canonicas in suis Diæcesibus
 „contra eos, qui suo defuturi essent
 „officio: Nos denique declaramus,
 „testamur, notumque facimus, probe
 „gnari in eorum sermonibus seu pro-

X 2

„cessu

Sæc. XVII. „cessu verbali, in Synodis Diæcesana
 A. C. 1668. „concepto nihil contineri huic eorum
 „doctrinæ ac professioni contrarium
 „Hæc mea etiam fides est, & novæ
 „decim Episcoporum, qui ad Sanctam
 „tem vestram scripserunt. Datum Pa
 „ris die tertia Decembris anno Christi
 „millesimo sexcentesimo sexagesimo
 „octavo.„

*Felix Episcopus Catalaunensis
 Antonius Arnaldus Presbyter
 Doctor Sorbonæ, Capellanus
 Garennæ Ecclesiæ Junelensis*

Hoc testimonium die quarto e
 dem Mensis consignatum est Nuncio
 Apostolico, qui illud nulla mora
 mam ad Pontificem transmisit, un
 cum literis Senonensis & Rothom
 gensis Archipræsulum, & Laudunens
 Episcopi, qui idem testati sunt.

§. CXVII.

*Clementis IX. Pontificis epistola
 hos quatuor Episcopos.*

*Hode vie de
 Louis XIV.
 lib. 30.* Perceptis hisce Episcopi Catalaun
 sis literis Clemens IX. Papa summe
 tripudiabat gaudio, haud ultra dubi
 tans, a quatuor hisce Episcopis, ali
 que in eorum favorem testantibus
 cere & optima ex fide secum agi: quæ

propter illos in gratiam esse recipien- Sæc. XVII.
 dos existimavit, præcipue, cum ipsi A. C. 1668.
 met datis Romam literis fidem suam
 & obedientiam amplissime contestati
 essent: Hanc suam voluntatem præpri-
 mis Nuntio suo significabat, his ferme
 verbis: „Testimonium Episcopi Cata-
 „launensis ab Arnaldo Doctore subscri-
 „ptum, a Senonensi Archiepiscopo con-
 „firmatum, & legitima quatuor Episco-
 „porum instrumenta, necnon Lionnei
 „attestatio præter Rothomagensis Archi-
 „episcopi aliorumque testimonia elidunt
 „omnem sinistram opinionem ex priva-
 „tis relationibus & literis conceptam:
 „proin Regis verbo, & tanti ponderis
 „testimoniis innixus, haud dubitandi
 „locum superesse existimo, quin
 „quatuor hi Episcopi plene obtempe-
 „rarint, ac formulæ subscripserint, proin
 „sefe paternæ benevolentiae dignos red-
 „diderint. „

Enimvero die decima nona Januarii
 anno sequenti Pontifex literas ad hosce
 Episcopos paterno affectu plenas dedit,
 hujus tenoris:

*Venerabilibus Fratribus Henrico Ar-
 naldo Andegavensi, Nicolao Choart Belova-
 censi, Francisco Stephano Apamiensi &
 Nicolao Pavilonio Alektenensi Episcopis.*

1668. XVII.

Clemens Papa IX.

„Venerabiles Fratres Salutem. Venerabilis Frater Archiepiscopus Thebarum Nuntius isthic noster misit nos elaplis diebus Fraternitatum litterarum Epistolam. in qua cum ingratum obsequii Nobis & huic sanctæ Sedis per vos debiti testatione significavit, vos juxta præscriptum litterarum Apostolicarum a Felicis recordationis prædecessoribus Nostreis Innocentio X. Alexandro VII. emanatarum, sincere subscripsisse, & subscribi fecisse formulario in ejusdem Alexandri VII. literis edito. Etli autem quædam hac re secus circumlata occasione nobis præbuerant, in tam gravi negotio serius procedendi (nam dictorum prædecessorum nostrorum firmissime interdictis, rentes nullam circa illud exceptionem, aut restrictionem admissuri unquam fuisset) in præsens tamen, cum nos & gravia istinc acceperimus documenta veræ & totalis obedientiæ litteræ, qua & formulario sincere subscripsistis, & damnatis absque exceptione aut restrictione quinque propositionibus in omnibus sensibus, in quibus a Sede Apostolica damnata fuerunt, alieni prorsus estis a recedendis in hac re erroribus illis,

„ab eadem damnati sunt, tribuere Sæc. XVII.
 „vobis volumus hoc paternæ benevo- A. C. 1668.

„lentiæ nostræ argumentum: fidentes
 „plane divinæ gratiæ, ac virtuti &
 „pietati vestræ, quod omni conatu
 „facturi sitis imposterum, ut sinceræ obe-
 „dientiæ ac submissionis a vobis in hoc
 „actu nobis præstitæ plenitudo semper
 „magis appareat, doctrinam & probi-
 „tatem vestram in id potissimum adhi-
 „bentes, ut unacum obsequio nobis &
 „huic sanctæ Sedi per vos debito Ca-
 „tholicam veritatem firmiter tueamini.
 „Zelo curæque pontificis sedulo coope-
 „rantes in extirpando ab Ecclesia Dei
 „novitates omnes ac perturbationes Fi-
 „delium animarum. Vobis Venerabili-
 „bus Fratribus Apostolicam bene-
 „dictionem peramanter impertimur.”

Nec his contentus Pontifex, insu-
 per tribus Episcopis pacis existimatæ
 conciliatoribus gratias rependit, datis
 ad eos hisce literis:

*Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo
 Senonensi & Episcopis Catalaunensi &
 Laudunensi.*

CLEMENS Papa IX.

Venerabiles Fratres, salutem &c.

„Non sine lætitiæ sensu pervidimus
 „etiam ex literis Fraternitatum vestra-
 „rum id, quod a vobis prius ample
 X 4 „signi-

Sæc. XVII. „significatum, ac deinde iteratis ac

A. C. 1668. „gravibus documentis confirmatum

„fuit, de perfecta, ac integra obedien-

„tia Nobis & Apostolicæ Sedi præfina-

„per Episcopos Andegavensem, Bello-

„vacensem, Apamiensem, & Aletea-

„sem, subscriptione formularii sincera-

„animo & juxta præscriptum literarum

„Apostolicarum, ab eis facta; utque Chri-

„stianitatis Apostolicæ fervore succensi-

„potius erga obedientes Clementia

„quam justitia in contumaces uti ga-

„demus; volumus iis paterna benevo-

„lentiæ nostræ argumenta præbere

„quæ profecto speciali mentis affectu

„cumulata vobis Venerabiles Fratres

„benevolentissime tribuimus, sperantes

„utique fore, ut doctrina & probitas

„vestra, quæ nunc optime merita est

„de Ecclesia universa cooperando hanc

„debitæ submissione ab illis Vicario

„terræ Jesu Christi, ac ejusdem vicari-

„bili capiti redditæ cum plena & libe-

„cera executione Constitutionum Apo-

„stolicarum, etiam impofterum eundem

„prompti studii Zelum adhibitura ut

„que sit, in ejiciendo, quidquid qua-

„vis ratione conferat ad extirpandas

„ab agro dominico Zizantias omnium

„novitatum, veritati Catholicæ & per-

„fectæ fidelium unioni contrariarum.

„Tales animi vere pii ac religiosi in

„vobis

„vobis laudes ut perpetuæ ac indies Sæc. XVII.
 „etiam clariores eniteant, ex animo pre- A. C. 1668.
 „camur, Fraternitatibus vestris Aposto-
 „licam Benedictionem impertientes.
 „Datum Romæ apud sanctam Mariam
 „Majorem sub annulo piscatoris die de-
 „cima nona Januarii 1669. Pontificatus
 „Nostri anno secundo.,

Promulgatis hisce Papæ literis quam-
 plurimi Ecclesiastici antea interdicti,
 sacris fuere restituti, Magister quoque
 Sacius e custodia dimissus, Arnaldus
 vero, quamvis ad Regis alloquium ad-
 missus fuerit, a Sorbonæ tamen gre-
 mio exclusus permansit.

Hac igitur ratione seu potius malis
 hisce artibus juxta Jansenistas reddita
 fuit Ecclesiæ pax, quæ tamen non e-
 rat pax, sed duntaxat judicii contra
 quatuor hosce Episcopos intentati su-
 spensio, quam conficta eorum submissio
 extorserat, proin Papa quidem pacem his
 Episcopis restituit, ob eorum tamen ac
 sequacium contumaciam, licet occul-
 tatam, *Ecclesiæ* nondum pacem restituere
 voluit, nondum enim sublata erat belli
 Ecclesiastici ad viginti quinque annos
 protracti radix; quamvis enim Cle-
 mens IX. fraude deceptus, præfatos
 Episcopos in gratiam receperit, nequa-
 quam tamen obsequiosum silentium, &
 restrictionem subdole annexam appro-
 bavit,

Sæc. XVII bavit, sed, ut testatur Rospilius Car.
 A. C. 1668. dinalis, Pontifex in re tanti momenti
nihil connivere, quinimo acerrime obui-
ire decreverat, neque unquam circa factum
exceptionem aut restrictionem admissum
fuisse, & ad reconciliationis gratiam
 Episcopis concedendam nullatenus
 adigi potuisset, nisi a Rege, Regis
 Ministris, Nuntio Apostolico, tribus
 pacis Conciliatoribus, aliisque Episco-
 pis de horum contumacium Præsulum
 sincero obsequio, pura & simplici for-
 mulæ subscriptione testimonia omni ex-
 ceptione majora accepisset: Dissimu-
 landum quidem existimabat Pontifex,
 ne hi quatuor Episcopi priores suis
processus verbales PUBLICE revocari
 cogerentur; nunquam autem illis re-
 misit obligationem, sine limitatione
 subscribendi & damnandi quinque pro-
 positiones ex Jansenio extractas & in
 sensu ab hoc Authore intento dam-
 natas: hanc restrictionem in novis eor-
 um *processibus verbalibus* fuisse additam
 ignorabat Pontifex, nec eam ullo pacto
 scire poterat; eoquod insuperhabita
 Pontificis mandato, insuperhabita Nun-
 tii sui solertia, nunquam illorum acta
 verbalia ad Papæ notitiam pervenerint:
 tam religioso enim silentio ea Episcopi
 tenebant occulta & sepulta, ut quam-
 vis primum anno Christi millesimo sex-
 centis

centesimo septuagesimo quinto colle-
 ctionem actorum, *quæ gestorum verita-*
tem demonstrant, cum hisce processibus
 typis vulgassent, hæc ipsa tamen col-
 lectio adhuc multis post annis adeo
 Anti-Jansenistis incognita erat, ut An-
 degavensis Episcopi processus nonnisi
 duodecim annis post factam Salmurii
 subscriptionem in Diæcesi scriptus, a
 solo Royero Parocho visus fuerit. Equi-
 dem Nuntius Apostolicus notitiam ha-
 buit de Apamiensium Canonicorum de-
 claratione, qua sui Episcopi artes de-
 tlexerant: ast hujus Episcopi fautores
 coram Regiis Ministris tot verosimili-
 bus argumentis ab hisce Canonicis falsa
 referri, exponebant, ut rem dissimulare,
 quam novas turbas excitare, consul-
 tius crederetur, Ex his videant Jan-
 senistæ, an in sua causa victoriam
 cantandi honestum titulum ex perfida
 & perjura simulatione, malisque arti-
 bus habeant.

§. CXVIII.

Monetæ in hujus pacis memoriam Pa-
risiis cusæ.

Tanta erat Jansenii fautorum lætitia, *Mem. Chron.*
 ut in extortæ hujus pacis memo- *& Dogm.*
 riam, quam tamen potius æternæ ob-
 livionis tenebris sepelire debuissent,
 usur-

Sæc. XVII. usurpato jure Monetam seu Numisma
A. C. 1668. excudi curarint: Præseserebat illud in

Altari reposita Biblia Sacra, penes que
decussatim jacebant sceptrum, & cla-
ves D. Petri, quo indicatum, ad hanc
pacem concurrisse Pontificiam simulque
Regiam auctoritatem, desuper viseba-
tur columba repræsentans Spiritum
Sanctum, cum hac epigraphe: *Reposi-
ta Ecclesiæ Gallicanæ (*) Concordia*: al-
tera vero ex parte hæc legebantur ver-
ba: *gratia & pax a Deo*. Hoc Numisma
Academia inscriptionum in sua scrinia
reponere dignabatur: Quamprimum
vero Bragellinus Sedis Apostolicæ Nun-
tius ejusmodi Monetas passim in urbe
divendi compererat, mox duas coemi-
jussit, quarum unam ad summum Pon-
tificem transmisit, alteram Ludo-
vico XIV. Regi exhibuit. Hic vero
indè commotior, unacum Nuntio ad
Senatus sui Curiam contendit, ex Mi-
nistris ibi congregatis sciscitatus, quis
eorum hanc Monetam cudere aulus
esset, cunctis vero ignorantiam obten-
dentibus, palamque declarantibus,
Jansenistas hoc ausu datam violasse re-
dem,

(*) Observandum venit, quod in monetis
hoc anno excusis desideretur verbum *Gallicanæ*,
quod tamen additum reperitur in libris
in quibus de hac moneta sermo fit.

dem, qua se hanc reconciliationem Sæc. XVII. A. C. 1668.
 haud divulgaturos polliciti essent, con-
 festim Rex Varino negotium dedit, ut
 monetalem typum confringi juberet,
 ne plures ejusmodi monetæ imposte-
 rum cudi possent. Ita rursus intem-
 pestiva gloria in frustra dissiliit.

§. CXIX.

*Portus Regii Moniales pariter recon-
ciliatæ.*

Hucusque contumaces Moniales a
 Parisiensi Archiepiscopo Sacrorum
 usu interdictæ in Portu - Regiensi Mo-
 nasterio de Campis hærebant, de qua-
 rum reconciliatione quatuor hi Episcopi
 adeo erant solliciti, ut Aletensis Epi-
 scopus literis ad Papam mittendis sub-
 scribere recusaret, nisi reconciliationis
 beneficium ad ipsas hæc Moniales ex-
 tenderetur, a suo tamen proposito de-
 stitit, per suos amicos monitus, rem
 agi haud posse, inconsulto Parisiensi
 Archiepiscopo earum Superiore, cui
 proin arcanam Episcoporum negotia-
 tionem detegere oporteret, absdubio
 per eum Jesuitis & P. Annato mani-
 festandam, ne ergo bene cæpta a So-
 ciis everterentur, consultius esse, ut
 post confectam Episcoporum pacem de
 restituendis quoque Monialibus agere-
 tur.

*Hist. abrégé
de la Paix
du Clem. IX.
pag. 129.
Hist. des
cinq propos.
lib. 6.*

Sæc. XVII. tur. Quamprimum ergo secretæ artes
 A. C. 1668. ad eblandiendam Episcoporum recon-

ciliationem optatum nactæ erant suc-
 cessum, mox Senonensis & Catala-
 nensis Præsules Parisiensem Archiep-
 scopum adibant, supplices, ut Ecclesiæ
 pacem restitutis quoque hisce Moniali-
 bus pleniorer redderet. Hic vero do-
 lum latere suspicatus, respondit, se ex
 Pontificis voluntate illas censuris in-
 nodasse, mox etiam iis exsolutorum,
 quamprimum de vera ejusdem volun-
 tate sibi constiterit. Perlecta autem
 Clementis IX. epistola ad quatuor holæ
 Episcopos data, cum pacem ob sinceram
 eorum submissionem esse concessam
 haud ambigeret, hasce Virgines, post-
 quam fidei suæ declarationem, Catala-
 nensis Episcopi literis Romam missis om-
 nino similem, exhibuerant, Sacrorum
 usui restituit, edito desuper hoc decreto.

„Perlecta declaratione, qua Portu-
 „Regienses Moniales juxta Innocentii X.
 „& Alexandri VII. Constitutiones quor-
 „que propositiones omni sinceritate sunt
 „*ulla exceptione aut restrictione* in omni
 „sensu ab Ecclesia damnatas damnasse,
 „videntur, simulque hos errores sub
 „quocunque obtentu renovandi, aut
 „ut ab ulla earum renouentur, aut ex-
 „rum damnatio ab Ecclesia facta labe-
 „factetur, tolerandi animum valde alie-
 „num

„num habere testantur, seque Ecclesiæ Sæc. XVII.
 „doctrinæ circa hunc articulum ceteros. A. C. 1668.

„que omnes addictissimas profitentur,
 „& quantum hæc propositiones libro Jan-
 „senii adscribuntur, etiam Sacræ Sedi
 „deferunt omne obsequium & obedien-
 „tiam eidem debitam, quam omnes
 „Theologi tradunt ipsi exhibendam esse
 „respectu librorum omnium ab ea dam-
 „natorum juxta mentem Constitutio-
 „num Apostolicarum, quæ diserte pro-
 „hibent, ne quicquam contrarium iis,
 „quæ hac in causa a summis Pontifici-
 „bus sunt definita, dicatur, scribatur,
 „aut doceatur, non sine externo gaudio
 „novum hoc & authenticum veræ &
 „perfectæ earum obedientiæ testimo-
 „nium (Nos enim prædictorum Pon-
 „tificum Constitutionibus inviolata
 „fide inhærentes nunquam hac in re
 „ullam exceptionem vel restrictionem
 „admissemus) approbare cogimur:
 „cum ergo ex præfato earum testimo-
 „nio credamus, quod quinque proposi-
 „tiones *sine ulla restrictione & exceptione*
 „condemnent, & summorum Pontifi-
 „cum Constitutionibus sese submittant
 „&c. his de causis, & visa declaratione
 „ad Pontificem transmissa, necnon e-
 „jusdem Pontificis epistola, qua hic
 „sibi satisfactum testatus est, earum
 „vero declaratio præfatæ declarationi
 „a Pa-

Sæc. XVII., a Papa receptæ & approbatæ similes
 A. C. 1668., ma sit, hinc summi Pontificis exen-

„plum secuti, earum declarationem re-
 „cipimus & approbamus, easque Sa-
 „cramentorum participationi restitui-
 „mus, & propterea eas ab omnibus
 „censuris, quas prius ob mandatorum
 „meorum transgressionem incurrerant
 „absolvimus, necnon interdictum tol-
 „limus, quo in choro officium Divinum
 „decantare prohibitæ fuerant, easque
 „juris activi & passivi capaces declara-
 „mus, confidentes in Domino, eas in
 „posterum omnibus viribus curaturas
 „ut indies nobis luculentiora sincere
 „sux obedientiæ, & submissionis nuntia
 „nobis promissæ specimina edant
 „Datum Parisiis in Archiepiscopali nostro
 „Palatio die . . . Februarii An. 1668.

*Ciacon. in
 vita Clem. IX.
 pag. 779.*

Has Archiepiscopi literas Janes
 fautores nunquam suis libris, & neque
 dem in editis actorum collationibus
 publici juris fecerunt, eo quod nunc
 aperte ex eis pateret, quod nec Papa
 nec hic Archipræsul reconciliationem
 gratiam unquam concessissent, nisi (re-
 jecta distinctione juris & facti) præter
 obsequiosum silentium a contumacibus
 perfectam obedientiam ex mente Pon-
 tificiarum Constitutionum præstitam
 supposuissent. Ceterum jam pridem
 idem Archiepiscopus quosdam felices

dies inconsulto summo Pontifice abrogavit, quostamen sub idem ferme tempus restituere, ab eodem cogebatur. Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXX.

Infamis Pyramis contra Corfos Romæ diruta.

Tantopere Ludovicus Galliarum Rex se ob redditam pacem Curiae Romanæ obstrictum profitebatur, ut ad summi Pontificis votum Pyramidem illam genti Corsicæ infamem, atque ante quinque annos Romæ erectam destrui permetteret: Hanc in rem Parisienses nummum cudi curarunt, in quo hæc verba: *Violatæ Majestatis Monumentum abolitum* una ex parte, altera vero hæc inscriptio legebatur: *Pietas optimi Principis erga Clementem nonum.* Sub idem quoque tempus permittente vicissim hoc Pontifice ab area Divi Antonii Templo vicina, columna est revulsa, quam Clemens VIII. Pontifex ob memoriam Henrici IV. Galliarum Regis a Calvinismo ad fidem Catholicam reversi erexerat.

*Hod. Hist.
de Louis
XIV. l. 30.
pag. 310.*

§. CXXI.

Facultatis Cadomenfis censura contra quemdam librum.

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Y

Jam

Sæc. XVII.

A. C. 1668.

Vid. supra

§. 4. p. 15.

*Argentre**Coll. Jud.*

t. 3. p. 325.

Jam supra adduximus sex illos articulos, quibus Facultas Parisiensis Theologica die octava Maij ante quinque annos suam doctrinam circa summi Pontificis auctoritatem declarabat, anno autem elapso Trecensibus literis adversus hosce articulos excusus prodiit quidam liber sub hoc titulo: *Jansenistarum ars secreta & politica, præsensque Sorbonæ Parisiensis Status, detectus a quodam Doctore, qui Theologiæ vacans Jansenismus sub magisterio cujusdam Professoris publicum illum tradentis edoctus, tandem resipuit, et nunc Catholicorum partibus adhæret*: Adversus hunc librum vehementer exacta Cadomensis Facultas Theologica, et illamque damnare statuens, suæ censure hoc præfixit proloquium: *Senectus mundi ætate & ad finem suum vergens. Apostolo teste, 2. ad Tim. 3. animarum salus variis & gravissimis periculis expeditur. Cujus rei ratio ab eodem Apostolo adducitur. Quod tunc temporis erant homines seipso amantes, superbi, bellicosi, latrones, intractabiles, sine affectione, sine pace, Criminosi, immittes. Neque vero hinc tantum origo mali, sed ex eo potissimum, quod vel gravissima quæque flagitia, sub obtentu pietatis & virtutis sint ab illis obtrudenda habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes: Id quod fuit unquam manifeste comprobatum,*

libello quodam, qui ineunte hoc Anno 1668. Sæc. XVII.
 in hac urbe prodiit, sub hoc titulo, Ars A. C. 1668.
secreta &c. Dumenim Author hujus libelli,
 Catholicæ fidei se vindicem acerrimum vult
 haberi, omnes juris & æquitatis terminos
 evertit, nec mediocrem Christiano nomini
 injuriam facit. Quippe ubique convincitur
 sui ipsius nimius esse amator, charitatis in
 proximum violator, pacis inimicus, cri-
 minator immitis, sævit in seminaria, col-
 legia, familias sacerdotum, Parochos, Re-
 verendissimos Episcopos, nusquam tamen
 crudelius suum virus evomit, quam in Sor-
 bonam: eam quippe toto infausto opusculo
 maledictis, & convitiis atrocissimis impetit,
 in errores intolerabiles, variasque hæreses
 lapsam esse petulantissime asserit. Quis
 autem hæc serio recogitans, horum tempo-
 rum vicem non desleat? quis ferat tam atro-
 cem fieri celeberrimæ, & de Ecclesia sem-
 per bene meritæ familiæ injuriam; quis non
 evigilet ad arrogantiam, edicta regia, Au-
 thoritatemque eam, quæ a Deo præpotente
 Principibus concessa est, conculcantem?
 Neque enim Author dissimulat, Sorbonæ hoc
 præcipuum crimen esse, quod suam nuper
 de potestate summi Pontificis doctrinam a-
 pud Regem Christianissimum declaraverit;
 quæ quidem Doctrina, cum fuerit semper
 in hocce regno recepta, & toto orbe Chri-
 stiano conscio, palam prædicata, vix dici
 potest, quanta cæcitate, nefandi libelli Au-

Sæc. XVII. *thor pacis & concordiae inter utramque*
A. C. 1668. *tentiam fundatissimæ nexum ob id scindere*

& violare moliatur. Cæterum quis non
 videat hominis ignorantiam, temeritatem
 malitiam, qui Galliae Regnum propter
 hæreseos accusare, & ab Ecclesiæ Catho-
 licæ sinu avellere tantis conatibus nititur
 quis non ingemiscat ab illo, istis & simi-
 libus toto libello contentis infirmorum
 scientias turbari, eorumque salutem in
 manifestum discrimen adduci? hæc &
 quamplurima sacræ Theologiæ Facultas
 pendens, & attendens ad hæc verba
 Pauli: Tu vero vigila, in omnibus
 bora opus fac Evangelistæ, ministerium
 tuum imple, e re sua esse duxit, pro
 quam debet Ecclesiæ, Regni Gallici juribus
 Sorbonæ, familiis, seu communitatibus
 Christianis, tutela, & defensione in
 ram pessimi hujus & seditiosi libelli
 segniter incumbere, prout revera ad id
 quanta potuit diligentia, accinxit, celebravit
 prius ad obtinendum in re tanti momenti
 pernum lumen, & auxilium, Missæ sa-
 ficio: ita ut post plures hac de re cogita-
 nes habitas, & seria dicti libelli examina-
 tandem Censuram suam in eum, ut infirmis
 habetur, emisit: non illam tamen, quæ
 contineantur omnia, quæ in eodem
 castigatione & reprehensione digna sunt
 enim non patiebatur, quod imminenti
 riculo prompte occurrendum esset) sed

cipua quedam illius capita, ex quibus facile intelligi potest, quodnam de aliis ferendum sit iudicium. Eidem vero Censuræ editum regium præmittendum iudicavit, quo clarius omnibus pateat, quam æquum & necessarium fuerit, in scelestum adeo & ominosum opusculum animadvertere.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXII.

Propositiones a Facultate Cadomenfi ex hoc libro decerptæ, ac censuris notatæ.

Præmissa hac declamatione Facultas quasdam propositiones ex hoc libro decerptas perstrinxit, & nequidem titulo parcens, de eo die decima septima Januarii sequens tulit Iudicium: omnia hic larvata: Author, nomen Typographi, locus impressionis, quæ omnia in libello statim ab ipso limine ominosa portendunt, sicut & quod nullius Doctoris approbatione munitus, nec Magistratus politici necessario permissu, quo publici juris fieret. Postea Facultas ad propositiones transiens, cum huius libri Auctor Jansenistis exprobrasset, quod sua doctrina quamdam Sacerdotum Congregationem & Seminaria infecerint, atque in illis alumnos sibi fidos alant, qui odium tam acerbum contra Religiosos instillare tenentur, ut ex eorum Sacerdotibus nullus

Argentre l. 3.

Sæc. XVII. reperiatur, qui non sit religiosorum hostis
 A. C. 1668. hanc igitur propositionem hac censura
 notavit Facultas: *Injuriam facit Congregationibus sacerdotum ab Ecclesia receptis
 & approbatis, quodque gravius est, Reverendissimis Episcopis Seminariorum
 auctoribus.*

Reliquæ propositiones erant sequentes, I. „De successu desperant Janu-
 „nistæ, quamdiu subsistunt Jesuitæ,
 „quia hi omnem ferme juventutem
 „stituunt, & Regularium Ordines
 „Novitios suppeditant; non enim
 „Collegiis Patrum Oratorii vel aliis
 „dam juvenes ad Monasteria eg-
 „diuntur.,

Censura. Dum Collegiis aliis quam
 Jesuitarum contemptum pietatis affert
 professores & alumnos eorundem Collegio-
 rum graviter lædit, Christianam juven-
 tem ab iis frequentandis malitiose aver-
 tum ex iis sæpissime complures profecti-
 venes vitam cœnobiticam amplectantur.

II. „Teste Abbate San-Cyrano,
 „suitas evertere, omnino necessarium
 „est, si quis S. Augustini doctrinam
 „potius Calvinismum) restaurare
 „tendit.,

Censura. Hæc propositio ambigua,
 tenus indirecte innuere videtur, esse
 esse S. Augustini, & Calvini doctrinam
 S. Augustino est injuriosa.

III. „Nullibi magis prævaluerunt Sæc. XVII.
„quam in Sorbona, quam suis doctri- A. C. 1668.
„nis infecerunt, & hac via venenum
„per universum Regnum diffundunt,
„& plusquam septuaginta Sorbonæ Do-
„ctores Arnaldi hæreses pertinaciter
„tanquam propriam Sorbonæ doctrinam
„defendunt, & Jansenistarum libros
„aut approbarunt, aut approbationibus
„consenserunt.,

Censura. Quod Sorbonam & Facul-
tatem Theologiæ Parisiensem totam corru-
ptam esse, & veneno pravorum dogmatum
Galliam universam inficere contumeliose
asserit, eidem non solum Sorbonæ atrocissi-
ma fit injuria, sed toti Regno Gallicæ, sed
& Ecclesiæ, cujus illa fuit semper adversus
hæreticos propugnaculum firmissimum.

IV. „Dum Pontifices etiam Episco-
„pos exauctorarunt, forte Parochi erunt
„a Pontificis jurisdictione exempti, forte
„non erit amplius eadem Christi Do-
„mini Ecclesia, eo quod Sorbona Pri-
„matum & characterem Pontificis
„abolet?.,

Censura. Quæ hic habentur de pote-
state summi Pontificis ad deponendos Epi-
scopos, adversantur quartæ propositioni de-
clarationis Sorbonæ apud Regem Christia-
nissimum factæ die 8. Maij anni 1663. &
edicto regio, quod circa eandem declaratio-
nem, in acta publica omnium supremorum

Sæc. XVII. ordinum & inferiorum etiam tribunalium
A. C. 1668. seu curiarum, universitatum quoque hujus

Regni, & Regis mandato expressissimo re-
latum fuit, & in hac universitate lectum,
& publicatum, die 23. Februarii Anni 1668.
quæ autem de parochis seu curatis subji-
perturbativa sunt pacis Ecclesiæ, & or-
narii ejus regiminis eversiva.

V. „Ex sexto Facultatis Parisien-
„articulo probatur, Sorbonicos esse Pon-
„tificum hostes.„

Censura. Palam insurgit in Sorbonam
propter sex prædictas propositiones declara-
tionis Regi Christianissimo factæ, maxi-
vero ob sextam: quo pacto eadem Sorbona
gravissima injuria afficitur, quasi ob id
fensio sit animo in summum Pontificem, cu-
jus Authoritatem ipsi a Christo concessam
cum tota Ecclesia Gallicana semper vene-
rata est. Gravissima etiam fit injuria regi-
edictis.

VI. „Idem patet ex censura contra
„librum Vernantii docentis, Papam esse
„in fidei decisionibus infallibilem: sum-
„mum etiam Sorbonici evomuerunt
„contra Pontifices in apologia suarum
„censurarum a septem Facultatis Do-
„ctoribus approbatam, acerbiusque
„odium ferunt in Papam, quam Pro-
„testantes.„

Censura. Iterum impetit Sorbonam
declarationem factam Christianissimo Regi

de Potestate summi Pontificis, eamque atrocissimis conviciis injuste laceffit. Sæc. XVII.
A. C. 1668.

VII. „Sorbonici exacte imitantur „malam fidem & Jansenistarum fraudes, „Jesuitæ, bene tamen Sorbonici, jure „de nulla hæresis redargui possunt. „

Censura. Falso crimen Hæreseos imponitur Sorbonæ, quæ semper fidei Catholice defensionem invigilavit.

Insuper quæcunque scelestæ, quæcunque impia, quæcunque blasphema de Jansenistis scripsit toto opere (etiam ea, quæ habentur pag. 5. 6. 7. & 9.) Sorbonæ falso imponit, & in illam malitiose congerit.

VIII. „Sorbonicorum decreta, & „libri ab eis approbati merito Catholicis sint suspecti. „

Censura. Hæc Sorbonæ injuriosa sunt, scandalosa, & conscientiarum quietis inimica, & vero pleraque alia in eodem libello continentur, quæ Facultas Theologiæ non probat, & quorum brevitatis causa censuram prætermisit. Cæterum dictum libellum damnavit.

Pronuntiatis! hisce censuris Cado-
menfis Universitas sequens! decretum
in præfatum librum promulgavit.

„Cum postridie Calendas Januarias
„præsentis anni, Rector Academiæ
„famosum quemdam incerti Authoris
„libellum per urbem spargi occultis ar-
„tibus, rudiorumque animos in turbu-
„lentos

Sæc. XVII. „lentos errores inducere posse accepit.
A. C. 1668. „set, statim ille, ne aliquod foret in mor-

„periculum, quinque Facultatum de-
 „canos, Doctores ac Professores in
 „Aulam convocari iussit, quid factu
 „opus esset, maturissime deliberaturus.
 „Tum frequente confesso libellum
 „exhibetur, percurritur, multæque
 „visæ sunt in eo propositiones conti-
 „neri, Christianissimi nostri Regis edi-
 „ctum ad corroborandas sex assertiones
 „Sorbonicas 8. Maij. 1663. promulge-
 „tum impugnantes. Hinc tota univer-
 „sitas iterum legitime congregata, in-
 „vocato sancti Spiritus auxilio, post
 „plures hac de re congressus, & acce-
 „ratas considerationes, dictum libellum
 „unanimi consensu iudicavit esse dam-
 „nandum. Eadem autem Universitas
 „declarat, se hac sua condemnatione
 „nullatenus velle derogare supremæ
 „summi Pontificis Authoritati a Deo
 „ipso institutæ, neque dignitati sanctæ
 „Sedis Apostolicæ, neque Constitutio-
 „nibus Innocentii X. & Alexandri VII.
 „declarat præterea, se tantum pugnare
 „pro regiæ Authoritatis, & libertatum
 „Ecclesiæ Gallicanæ defensione, neque
 „ulla prorsus ratione favere velle Jan-
 „senistarum dogmatibus, immo vero
 „se sancti Petri Apostolorum Principis
 „successoribus, & doctrinæ Catholicæ
 „per-

„perpetuo, & inviolato obsequio sem- **Sæc. XVII.**
„per addictam esse, & semper fore **A. C. 1668.**
„devotissimam.,,

„Visum ergo & consultatum de li-
„bello quodam famoso, qui sub hoc
„titulo: *Ars secreta* &c. paucis abhinc
„diebus clandestino in hac urbe vendi,
„distribuique commercio deprehensus
„est; quique præterquam, quod ab in-
„certo patre conceptus in tenebris, nec
„ulla Doctorum & Magistratum appro-
„batione susceptus, furtivam in lucem
„tacite obrepebat, pernicioso consilio
„judicatur esse conflatus, non ad op-
„pugnandos Jansenii errores, ut ab
„imperita plebecula credi posset, sed ad
„labefactandas penitus & convellendas
„Sorbonicas, de juribus sceptri Gal-
„lici, immunitatibus ac libertatibus
„Ecclesiæ Gallicanæ propositiones, &
„in tabulis publicis supremorum Sena-
„tuum, Curiarum Regiarum, juris-
„dictionum, & universitatum omnium
„Christianissimi nostri Regis edicto
„4. Aug. 1663. promulgato, incisas,
„deincepsque in acta hujus Academiæ
„4. Febr. 1664. ejusdem edicti Regii
„Autoritate relatas. Ut autem inno-
„tescat omnibus, quam malo more,
„quam mala mente maledicus Author
„in Sorbonicas illas propositiones in-
„vehatur, eas, quales in fastis nostræ
„Uni-

Sæc. XVII „Universitatis jussu Regis inscripte
A. C. 1668 „sunt, nobis præmittere visum est,

„quod unum est nostræ condemnatio-
„nis fundamentum „

Postea inserti legebantur sex Parisiæ
Facultatis articuli, prout illos jam supra
retulimus, tum sequens decreti erat tenor

„Attendentes autem callidum li-
„belli artificem insidiosum hoc opus eo

„contexuisse consilio, ut Doctoribus

„Sorbonicis (quasi dictas propositiones

„ex Lutherano Calvinianoque penude-
„promississent) hæreseos afflicto crimine

„in sacram eorum Facultatem, tutissi-

„mum illud Religionis, & sanioris

„Doctrinæ subsidium tacita omnium

„odia accenderet, eamque velut hære-

„ticam infamaret: quod quidem telum

„exitiale non in Sorbonicos Doctores

„tantum, sed etiam occulta impietate

„& inaudito furore in ipsum torquere-

„tur Christianissimi Regis dictarum pro-

„positionum justissimi Fautoris Caput:

„in primogenitum Filium Ecclesiæ, eun-

„demque hujus propugnatorem reli-

„giosissimum, cujus quidem Augusti Ma-

„jores, pulsos immanitate Barbaro-

„rum summos Pontifices in pristinam

„Sedem toties restituerunt, quique, vel

„fatentibus ipsis summis Pontificibus,

„quod temporalia præter Deum in ter-

„ris superiorem habet neminem. Quo

„etiam

„etiam telo peterentur supremi Sena- Sæc. XVII.
„tus, imperii columnina, legumque A. C. 1668.

„custodes, simulque universitates Gal-
„liæ, & inter alias Academia Cado-
„mensis, quæ cum *ad instar*, Parisien-
„sis instituta sit, & dictas propositio-
„nes tabulis publicis mandato Regis
„inscripserit, cum pari semper purioris
„Doctrinæ studio, parique in Regem
„obsequio, cum primogenita sorore
„consenserit; si hæc rueret, illa eodem
„motu labefactata concidere videretur.

„Attendentes item, quod pravus
„iste non tam libelli quam doli fabri-
„cator, nihil intentatum relinquit, ut
„cætus hujusce Parisiensis & doctrinæ
„& virtutis laude florentissimi honori
„& Authoritati detrahat, famam adi-
„mat, fidemque deroget piis ejus de
„virtute morali, deque Ecclesiastica
„disciplina assertionibus, quæ semper
„valde comprobatæ sunt communi con-
„sensu omnium populorum. Quod qui-
„dem gravissimum omnium animis
„scrupulum injiceret, quænam in tanta
„contentione tutior esset via consequen-
„dæ salutis, occasionemque multis da-
„ret nova identidem pro sua libidine
„dogmata profitendi.

„Attendentes quoque improbum
„Sycophantam, quo faciliori machi-
„natione Parisiensis Facultatis propo-
„sitiones

Sæc. XVII. „tiones subvertat, in Sorbonicos Do-
 A. C. 1668. „ctores infana efferri maledicendi li-

„centia, quasi essent summorum Pon-
 „tificum hostes infensissimi, & ipso Mo-
 „linæo Cantuariensis Calvinistarum buc-
 „cinatoris filio longe petulantiores; nec
 „perfictæ frontis hominem (si homo
 „dicendus, qui talia in pios audit) in
 „memoriam revocare; illos Doctores
 „suæ in summum pontificem & pietatis
 „& obedientiæ certissima usque præ-
 „buisse monumenta. Id quod non se-
 „mel Beatissimi Patres agnoverunt, qui
 „quidem sinceram eorum doctrinam, &
 „sanctam in tuendis opinionibus Ortho-
 „doxis pertinaciam multoties experi-
 „eos de rebus maximis, quæ ad Chri-
 „stianæ Reipublicæ decus & præsidium
 „pertinerent, consuluerunt, hac in re
 „conciliorum quorundam generalium
 „exemplum secuti; quibus quidem in
 „magnis itidem rebus tutissimum visum
 „est iudicium exquirere Sorbonæ.

„Attendentes similiter vasrum sce-
 „leris inventorem malis actum furis,
 „quædam in opere nefario inimicitia-
 „rum semina spargere voluisse, quibus
 „quasi jactis tribulis & vepribus officie-
 „ret paci illi felicissimæ, quæ summum
 „Pontificem inter & Primogenitum Ec-
 „clesiæ Filium Christianissimum Regem
 „tam sancte viget, coliturque, & ex qua
 „totius

„totius Europæ veneratio, Reipublicæ Sæc. XVII.
 „Christianæ concordia, animorum quies, A. C. 1668.
 „populorum amica Societas, Hæreti-
 „corum & infidelium conversionis spes
 „pulcherrima nascitur.,

„Attendentes etiam delatorem ver-
 „sutum multis capitibus in Jansenista-
 „rum familiam præter damnatas opi-
 „niones multa adhuc scelerata, impia,
 „sacrilega congerere; sed eo duntaxat
 „animo, ut paratum contra eos peri-
 „clitatumque venenum, totum mox in
 „Sorbonistarum perniciem convertat,
 „effundatque; quos inter & Jansenistas
 „atque etiam Calvinistas (si opiniones
 „& Consilia omnium spectentur) nul-
 „lum discrimen intercedere statuit, nisi
 „quod utrisque contendit Sorbonistas
 „esse peiores; scelus inauditum, &
 „nullo igne satis expiandum?

„Attendentes insuper multas in pe-
 „stifero hoc pravi ingenii fætu propo-
 „sitiones contineri, infestas Ecclesiasticæ
 „Hierarchiæ, juribus Episcoporum,
 „aliorum Galliæ Prælatorum, simulque
 „institutioni Parochorum, quos & præ-
 „sens ætas, & omnis retro antiquitas
 „semper agnovit, ut legitimos pluri-
 „morum pastores; qua in parte, & Sor-
 „bonicis assertionibus, & dictæ Chri-
 „stianissimi Regis declarationi vehemen-
 „ter obtrectat.,

„Atten-

Sæc. XVII.

A. C. 1668.

„Attendentes præterea Calumnia-
 „torem prave facundum, & importuna-
 „vellicandi bonos prurigne laborantem,
 „longis ambagibus id velle conficere,
 „ut motiferas popularis invidiæ faces
 „sanctis subjiciat seminariis, quæ qui-
 „dem ab ipsis Conciliis, Regibusque
 „pietatis amantissimis tam religiose,
 „tam sapienter instituta sunt, & in qui-
 „bus veluti in campo virtutum feraci-
 „simo piæ juvenum catervæ quasi pe-
 „culiari sacramento devoti Christo non
 „Milites, tanta moderatorum sapien-
 „tissimorum cura, tantoque studio exer-
 „centur, ut hinc egressi bellum vitii
 „perpetuum sciant indicere, & gregem
 „si quis suæ fidei commissus fuerit,
 „fera luporum irrumpentium rabie de-
 „sendere, ad magnum certe Ecclesiæ
 „decus & ornamentum.,,

„Attendentes denique veteratorem
 „subdolum in id quoque maxime in-
 „cumbere, ut quasdam sacerdotum
 „Congregationes, quas ob virtutem
 „filias legitimas adoptavit Ecclesia,
 „adulterinas expungendas notet,
 „etiam universitatum collegia tot sa-
 „culorum canitie veneranda male pro-
 „scindat, rabieque canina dilaceret
 „quasi ea forent arva infæcunda, do-
 „mis & senticetis horrentia, in quibus
 „cum nullus (ut effutit) pietatis, nullus

„religionis cultus vigeat, nulli claustris Sæc. XVII.
 „cænobiticis, nulli sacerdotiis alantur; A. C. 1668.

„quamquam eadem universitatum
 „Collegia & Clero & Imperio viros
 „omni laudum genere cumulatissimos
 „suppeditent, quippe qui in iis solidæ
 „pietatis, sinceræ doctrinæ, candidæ
 „fidei, & inviolati in Reges Christia-
 „nissimos obsequii præcepta teneriori-
 „bus animis imbibant, altisque radi-
 „cibus insigant. Quod quidem perspi-
 „cuum est, interque omnes constat,
 „adeo, ut nullo possit exemplo probari
 „contrarium.,

„Quare visa & laudata hanc in rem
 „Doctorum Theologorum hujus Uni-
 „versitatis censura: cumque a nobis
 „multa in pernicioso hoc libello depre-
 „hensa sint, quæ Regni immunitati-
 „bus, Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus,
 „Regis declarationi, forbonicisque pro-
 „positionibus in acta hujus Universita-
 „tis regio edicto, relatis prorsus ad-
 „versentur (quod manifestum scelus
 „perduellionis est contra Regem susce-
 „ptum) cum deprehensa itidem multa
 „sint, quæ seditionis faces accendere,
 „pacem Ecclesiæ turbare, & convul-
 „lere Hierarchiam possint; quæque
 „multis sacerdotum Congregationibus
 „& Gallix universitatibus gravissimæ
 „infamix maculam calumniis impuris
 „Hist. Eccles. Tom. LXIII. Z „in-

Sæc. XVII. „inurant: Nos dicti Rector, Decani, Do
A. C. 1668. „ctores, ac Professores post solemnes

„preces invocatumque sancti Spiritus
 „auxilium, in eam omnes commun
 „consensu ivimus sententiam, ut libe
 „lum hunc damnaremus, reprobare
 „musque, ut etiam nunc damnamus
 „ac reprobamus ut perniciosum, sed
 „tiosum, probrosum, ut monstrum in
 „auspicatum, luce indignissimum, in
 „primo extinguendum ortu, æternis
 „que tenebris sepeliendum. Cautum
 „que est a nobis, ne qui Doctores, ac
 „Professores, ne quæ Congregationes
 „in ejusdem universitatis Corpus al
 „scriptæ, ne qui denique sub ejus ju
 „risdictione quocunque modo compre
 „henfi legant, doceant scribantve quib
 „quam, quod Regiam declarationem
 „& propositiones in ea contentas aut
 „ratione impugnet. Quodsi cujus a
 „dacia hoc violarit decretum, eum om
 „nibus juribus privilegiisque dictæ Uni
 „versitatis omni prærogativa aggrega
 „tionis, simulque ipsa spe in eadem
 „jura, quacunque causa, aut spec
 „redeundi, judicavimus omnes, &
 „omnes in præsentia judicamus ex
 „turpiter oportere.„

„Sancitum quoque est Congrega
 „tionem generalem ob id unum in loco
 „Majorum die Februarii decima octava
 „haberi.

„habendam esse, in qua præsentibus Sæc. XVII.
„omnibus, & Christianissimi Regis e- A. C. 1668.
„dictum, & huic annexæ Sorbonicæ
„assertiones cum præsenti decreto pa-
„lam & publice legentur, ut nemo dein-
„ceps ullam hac in re causam igno-
„rantia prætexat. Actum in Congre-
„gatione generale Universitatis in loco
„solito habita die vigesima quarta Men-
„sis Januarii anno Domini millesimo
„sexcentesimo sexagesimo octavo.,

*Ex Mandato Rectoris & Univer-
sitatis Cadomensis.*

§. CXXIII.

*Laurentii Cornelii victoria de classe
Turcarum.*

Interim Achmet Vezirius accersitis *Nani Hist.*
undique copiis Cretensem urbem *V. & e. l. II.*
semper arctius cingebat, eo quod Ve- *tom. 2.*
neti omni ferme exterorum subsidio *Bull. magn.*
destituti tam immensæ Turcarum po- *Clem. IX.*
tentia resistendo impares essent: Sol- *Const.*
licitabant quidem missis ad Imperii
Principes Regesque Legatis Christia-
norum auxilia; horum tamen aliqui
promissis animoliores erant, quam opere,
alii varias obtendebant excusationes,
& quorum prompta erat voluntas, de-
terrebat loci distantia, itinerisque dif-
ficultas: suspicabantur nonnulli ex Ita-
liæ

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

liæ Principibus remotum esse sub-
gandæ Insulæ periculum, quocirca
petias parare cunctabantur, solito vitio
humanæ indolis, quæ quicquid fieri
nollet, fieri posse, tarde credit; quare
nec Venetorum precibus fidem, nec
Papæ hortamenti aurem præbebant.
solus ferme Clemens IX. Papa oppre-
sam, afflictamque Rempubicam fulcra
adlaborabat; præterquam enim, quod
Magnum Etruriæ Ducem, Mutinensem
fem, Luccenses, Salisburgensem Ar-
chiepiscopum, Fuldensem Abbatem et
liosque ad suppeditandas pecunias, mi-
lites, pyriumque pulverem permovebat.
insuper ipsemet suas triremes nume-
roso milite instructas Hispanis, Floren-
tinis, & Genuensibus navigiis conjun-
xit, necnon tres Regularium Ordines
scilicet Congregationem Canonicorum
S. Georgii in Alga, ac Fratrum Jesuitarum,
& S. Hieronymi de Fæsulis convulsam
preffit, ut ex divenditis eorum bonis
aë collectum, quod ad nongenta
amplius Ducatorum millia ascenderet
Venetorum Reipublicæ cederet pro
vandis expensis, quas in propugnando
Cretensi Insula ferebat: interea vero
die prima januarii Bernardus Nani
Gubernator Cretam ingressus est, quem
Nobiles ex tota ferme Europa Viri
lustres & emeritæ militiæ Duces se-
quebantur.

quebantur, bellicæ prodigia fortitudi- Sæc. XVII.
 nis adversus Barbaros edituri: nec vi- A.C. 1668.
 cissim otiabantur Turcæ, qui ab An-
 drea Barozzio Cretenfi, proditore ac
 transfuga animati, mutatis castris pro-
 pugnaculum Sabionaræ, & illud S.An-
 dreæ toto armorum apparatu infestare
 cæperunt, eoquod utrumque ob situs an-
 gustias ægre diuque propugnari non pos-
 se, ab hoc perfido homine edocti essent:
 præ ceteris Vezirius unice intentus,
 ut Venetis copias & annonam adve-
 hendi opportunitatem intercluderet,
 Laurentium Cornarum seu Cornelium
 classis Venetæ Præfectum, qui cum
 septem triremibus Cretæ oram legebat,
 opprimere statuit, hancque in rem plu-
 rimas naves clam in insidiis ad nutum
 promptas tenuit: Hæc tamen consilia
 fugere haud poterant solertiam Cor-
 nelii, qui die septima Martii noctis be-
 neficio usus, in Turcicas naves tam
 generosum ac inopinum impetum urge-
 bat, ut noctis horrore Turcis panicum
 terrorem, Venetis e contrario auda-
 ciam inspirante, Christiani in præda-
 toriam insilientes, occiso Duraco Pi-
 rata omnes ferme Janisseros, nautas-
 que trucidarent, decemque navibus
 aut captis aut submersis, & plusquam
 mille Christianis in libertatem assertis
 totam Turcarum classem in fugam

Sæc. XVII
A. C. 1668. agerent. Capti fuere ex Turcis plus
 quam quadringenti, atque inter eos
 quinque Principes: parta hac victoria
 Laurentius spolia sat opima in suos di-
 stribuit, crebraque excursionem facta plu-
 res Turcarum triremes & cymbas in-
 tercepit. Hac clade territus Mahomet
 Sultanus Cretæ obsidionem solvere de-
 crevissset, nisi a Vezirio vicinæ deditio-
 nis fiducia erectus, ex interceptis liti-
 ris obsessos annona aliisque necessariis
 deficere comperiisset: Eapropter re-
 sumptis animis Vezirius prope pro-
 pugnaculum S. Andreæ saxeam munitionem
 sat eminentem & conspicuam mari
 eduxit, & quamplurimis bellis
 tormentis muniri iussit, simulque ob-
 fessorum aggeres assidua globorum tem-
 pestate destruxit, adeo, ut eventis
 cunctis ædibus incolæ in cavernis in-
 habitare, & milites supra murorum ru-
 nas mortem ferme indefensi, atque
 inulti excipere cogerentur. Nihilominus
 Turcas, qui die vigesima sextæ
 Augusti præfatum propugnaculum ite-
 rato impetu expugnare tentaverant,
 tam ingenti clade repulerunt, ut Ve-
 zirius receptui canere coactus esset:
 nec magis prospero successu Turcæ Sta-
 tionem infestabant; postquam enim
 per plures Menses circa hujus loci mu-
 ros hæssissent, pluviis medio Octobris
 copio

copiose cadentibus, marisque fluctibus Sæc. XVII.
vento concitatis quamplurimi misere A. C. 1668.
perierunt. Tentabat Vezirius Creten-
sis Urbis deditionem, quam armorum
violentia extorquere desperabat, amplis
pollicitationibus eblandiri, missis ad
Morosinum Veneti exercitus Ducem
literis, quibus eidem Valachiæ & Mol-
daviæ Principatum promisit, si urbem
dederet: Ast Morosinus commune pa-
triæ bonum privato honoris questu per-
dere minime assuetus, oblatam condi-
tionem cum ludibrio & contemptu re-
gessit: honestam tamen pacem non re-
spuit Respublica, quæ hanc in rem La-
rissam ad Sultanum ablegabat Ludovi-
cum Molinum; Turcæ autem proximæ
expugnationis spe tumidi, uivversam
Insulam sibi cedi postulabant, seu, ut
ipsi omnia acquirerent, & Veneti om-
nia amitterent, & pacem ipso bello
longe amariorem inirent.

§. CXXIV.

*Ordo Nobilium Matronarum Viennæ
institutus.*

Hic annus Austriacæ Domui oppido *Tuld. Hist.*
funestus fluxerat; nondum enim *Decem. 1. 3.*
lacrimis temperatum erat ob Ferdi-
nandi Wenceslai primogeniti Cæsaris
Filii paucos menses nati obitum, cum
pau-

Sæc. XVII. paulopost in Cæsaris Palatio scriptum
A.C. 1668. ibidem laborantis incuria incendium

excitaretur, ac flamma vorax intra
quinque horarum spatium tanto furore
grassaretur, ut pars maxima conflagra-
ret, & vidua Imperatrix cum duabus
Archiducissis ægre ignis furori sese sub-
ducere posset. Æstimabatur damnum
ultra quinquies centena florenorum
millia; hanc tamen jacturam lenius
insigne prodigium; quippe extincto in-
cendio quædam particula de ligno Cru-
cis Dominicæ medios inter ignes illæsa,
intactaque fuit reperta, etiamsi aurum,
cui involuta erat, diffluerit, & crys-
tallus, cui inserta, dissiluerit. Igitur
in hujus portenti memoriam Eleonora
Ferdinandi III. Cæsaris Vidua, ad-
nuente summo Pontifice, in festo S.
Crucis exaltatæ Congregationem ab-
instar Equestris Ordinis Nobiliorum
Matronarum instituit, quarum pietas
præcipue incumberet sanctam Crucem
venerari, ejusque imaginem aureo ne-
mismati impressam, atque ex humero
sinistro pendentem deferre. Floret ho-
diedum hoc institutum, auctum tamen
alio ejusmodi Ordine, cujus selectissi-
mæ Sodales sese *virtutis mancipia*
vocant.

§. CXXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.*Varia Lusitanorum fata.*

Postquam Hispani Lusitanos a pace
 Pyrenæa exclusos noverant, om-
 nem belli molem in eos effundere para-
 bant, insausto tamen plerumque Marte
 pugnantes; quamvis enim Joannes Au-
 striacus Hispani exercitus Imperator
 anno hujus sæculi sexagesimo tertio
 Lusitanis Eboram eripuisset, paulopost
 tamen hanc urbem accepta ingenti
 clade rursus cedere coactus, ad castrum
 Roderici, amissa etiam Alcantara civi-
 tate Hispana, tantam suorum stragem
 perpeffus est, ut pactis belli induciis
 nil amplius impetrare posset, nisi ut
 deficiente mascula Bragantinæ Domus
 linea ad Hispaniæ coronam Lusitania
 reverteretur: Anno sequenti denuo ab
 Hispanis conclamatum est ad arma
 contra Lusitanos, magis adhuc funesto
 belli successu: quippe ad Villam vicio-
 sam ad internecionem deleti, & cum
 Gallis novo bello impliciti, hoc anno
 tandem, sollicitante Carolo II. Angliæ
 Rege, pacem sancire compulsi sunt, ea
 lege, ut Lusitani deinceps liberi, ac
 nullatenus Hispanorum imperio subjecti
 dicerentur, omnesque urbes, quæ
 utriusque fuerant Regni, antequam

*Menez Hist.**de Portug.**Vertot Hist.**des Rev. du**Portug.**Montpens.**t. 5. p. 243.**Mem. Hist.**& Chronol.*

Sæc. XVII. in unum regnante Philippo II. co-
A. C. 1668. luerant, redderentur, excepto Ceuta
 propugnaculo Hispanis relicto: Sedato
 exteri belli tumultu Lusitaniæ thronus
 domestico dissidio concuti videbatur;
 cum enim Alphonsus VI. Rex adhuc
 adolescens ob morbi violentiam ingenii
 corporisque debilitate lanqueret, ac
 insuper quorundam, quos a consilio
 habere voluit, exemplis ac sermonibus
 ad eadem prave facta incitaretur, multa
 in flagitia, vitamque mollem, ac vo-
 luptatibus tanto Principe indignis con-
 fertam sese præcipitem dedit; prom-
 ptis enim in deteriora lapsibus lubrica
 ruere solet juvenus Regia, quoties
 nefarium Aulicorum magisterium ad-
 piscitur. Corruptos hosce Mariti sui
 mores diutius ferendo impar Regina
 Maria Francisca Elisabetha de Auma-
 lia ejus Conjux, ex Procerum consilio
 clam Aula discessit, atque ad Divæ
 Claræ Monasterium, quod in Ulyssipo-
 nensi suburbio erat, profuga ad Al-
 phonsum Regem literas dedit, quibus
 eidem significabat, se religione ob-
 strictam in Gallias reverti decrevisse,
 proin sibi dotem restitueret, cum imple-
 met haud ignoraret, eum conjugali so-
 cietati ineptum esse. Perlecta hac epi-
 stola Alphonsus impotentis animi effre-
 natione abreptus, ad monasterium
 conten-

contendit, claustrique portas aperiri Sæc. XVII, A. C. 1668.
jubet, repulsa autem accepta jamjam
fores in frustra discindi mandat, cum op-
portune Regius Princeps ejus Frater
superveniens, precibus, gravibusque
rationibus eundem eo adigeret, ut ad
Palatium suum reverteretur: Regina
vero suæ secessionis causas manifesta-
bat, quas inter haud infima erat, quod
Alphonfus ad connubii usum inhabilis,
ut suam impotentiam celaret, ad Con-
jugis suæ pudicitiam prostituendam ex
suis clientibus quemdam instigasset:
cum ergo Alphonfus tam uxori quam
Regno ineptus censeretur, Proceres
æque ac populus hujus Regis imperium
excutere parabant, ac primo custodiæ
in suo Palatio datum eo compellebant,
ut Regnum suum Petro Fratri suo ce-
deret, quo facto ad Tertiam Insulam,
inde vero ob concitandi tumultus me-
tum ad Zindrensem arcem deportaba-
tur. Proceres vero primas eo curas
intendebant, ut Reginam inter & Pe-
trum nuptias conciliarent; obstabat ta-
men vinculum propter animorum con-
junctionem ex honestate ortum, cujus
gratia, ne Romæ impetraretur, Hi-
spani nil inausum, intentatumque re-
linquebant: Romana igitur Curia ad
Lusitani Senatus preces diu aures clau-
dente, Ludovicus Cardinalis de Van-
dome

Sæc. XVII. dome tum Apostolicus in Galliis Legatus, ac Reginae Avunculus ejusmodi impedimentum tollendi facultatem in Francia, vicinisque locis sibi competere ratus, Alphonsi matrimonium esse nullum declarabat, ac Regiam hucusque intactam cum Petro Principe solemnem precationem conjungebat: Re comperta Hispani, eorumque fautores hanc dispensationem, nuptiasque Romæ vehementer impugnabant, causati, hoc negotium merito accenseri causis majoribus sacræ Sedi reservatis, Legatumque Apostolicum, æque ac Canonicos Ulyssiponenses, legitimæ potestatis limites excessisse. Verum Clem. IX. Papa Francis addictus, auctoritate ac consensu suo rebus hucusque gestis accessit.

§. CXXVI.

Ultronea Casimiri Poloniæ Regis abdicatio.

*Priorat.
Hist. di Leopold. I.
p. 2. lib. 6.*

Magis adhuc periculosis tumultibus per aliquot annos Poloniæ Regnum jactabatur; cum enim Maria Gonzaga Regina liberos suscipiendi spem destituta anno hujus sæculi sexagesimo primo Regni Successorem, vivente adhuc Rege, eligendi copiam sibi relinquere peteret, Lubomirskyus supremus Regni

Mare

Marescallus Polonæ Nobilitatis jura Sæc. XVII.
A. C. 1668.
hoc pacto luculenter infringi, vehe-

menter querebatur, populus quoque Regem nonnisi a paucis electum sibi obtrudi indignatus, vix non seditionem concitabat. Enimvero Regina Lubomirskyum placare satagebat, verum ejusdem hostes Marescallum tot calumniis obruebant, ut læsæ Majestatis reus, omni dignitatis gradu excidisse, ejusque bonis ærario addictis supremo supplicio dignus pronuntiaretur; incassum infelix suam innocentiam datis ad Cancellarium & Gnesnensem Archipræsullem literis vindicare nitebatur, eapropter vitæ suæ consulturus, Wratislaviam in Silesia aufugit, a Leopoldo Cæsare non sine fati sui miseratione exceptus: Procerum etiam potissimi hanc violentiam exosi acriter obstrepebant, atque eorum quidam in comitiis coram Rege exclamabat: *aut nomina nostra dele ex libro Libertatis, & Reipublicæ, aut redde Lubomirskium*: Haud parum quoque exacerbatos Polonorum animos stimulabant ejusdem Marescalli literæ, quibus eos ad vindicandam patriæ libertatem hortabatur; unde in Poloniam reversus, a foederato exercitu in Ducem proclamatus est: Igitur Casimirus Rex, ne imparatus a seditiosis opprimeretur, cum valido exercitu foederatis occurrit, inito-

Sæc. XVII. initoque prælio eos feliciter profligat,
A. C. 1668. & Lubomirskium ad petendam a Rege
 pacem & deprecandam factorum ve-
 niam compellit; quam etiam obtinuit
 Lubomirskius, simulque incusso maio-
 ris mali metu a Rege tantum evicit,
 ut meditata Successoris in Regnum in-
 trusio proscriberetur, necnon plena Or-
 dinibus assereretur, post abdicationem
 vel Regis obitum, quem Poloni ma-
 luissent, ad Regni Regimen eligendi
 libertas: Obtenta hac pace Casimirus
 Rex, mundanarum rerum tædio affe-
 ctus, post Conjugis suæ mortem, sicut
 ante viginti annos Jesuiticæ Societati
 & Purpuræ, ita hoc anno Regno &
 diademati nuntium remisit, ac in Gal-
 lias contendit, ubi in Abbazia ad san-
 ctum Germanum privatus reliquos vitæ
 suæ dies in animæ suæ cura transegit.
 Successorem habuit anno hujus sæculi
 septuagesimo Michaellem Koributum
 Ducem Visnovicium, qui nil tale sus-
 picatus, inter Procures circa exteri-
 alicujus Principis electionem litigantes,
 solus de adepta corona gaudebat. Obiit
 demum Casimirus in sua Abbazia anno
 hujus sæculi septuagesimo secundo die
 quarta Novembris anno ætatis sexa-
 gesimo quinto: cadaver ejus Varsoviam
 delatum, ibidem in regio monumento
 reconditum est, corde in Abbazia re-
 licto.

§. CXXVII.

§. CXXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.*Hollandorum molitiones contra Comitem de Bentheim ad fidem Catholicam reuersum.*

Postquam Ludovicus XIV. pace Aquis-
grani inita, Hispanis nonnisi Bur-
gundiam restituit, ipse vero cunctas
urbes in Belgio occupatas retinuit,
Fœderati Belgii Ordines, ut iunctis vi-
ribus Belgium a Gallorum potestate re-
dimerent, cum Anglis & Suecis fœdus
propterea *triplex* dictum pepigerunt,
huic Ludovicus Rex, quamvis in se
solum fabam cudi animadverteret, non-
dum se palam opponere audebat, eo-
quod illud nonnisi contra pacis Aquis-
granensis perturbatores initum fuisse
obtenderetur: interim Batavi otium
nacti, Catholicos insectari decreverant,
nec diu eis occasio defuit; hoc enim
anno, dum Ernestus Comes de Bent-
heim, qui Clementis IX. Papæ sanctita-
tem, & clementiam demiratus, *fidem*
quam pius adeo Pontifex profiteretur, er-
roneam esse non posse affirmabat, ejurata
Calvini secta ad fidem Catholicam re-
verteretur, haud immerito propter
hanc Religionis mutationem violentas
Batavorum vexationes verebatur, qua-
propter Monasterium secessit, ac Ber-
nardi

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

nardi Episcopi opem & patrocinium implorans, Bentheimensem Comitatum Deventriensi olim Episcopatu subditum Hollandorum invasioni præcipere & Monasteriensi Episcopatu adicere statuit: interim Joanna Sidonia de Horn Comitissæ Conjux suæ sectæ immortua Bentheimensem arcem arte & natura munitissimam unacum quatuor suis filiis incolebat; cum autem Comes probe prospiceret, quod Conjux sua cognita Religionis mutatione Maritum suo regressum ad hanc arcem interclusura esset, cum mille peditibus, & octodecim belli tormentis, quæ ei Monasteriensis Episcopus suppeditaverat, ad arcem contendit: intellecto autem Comitissæ adventu mox Joanna quatuor suos Filios Hagam Comitum in Hollandorum protectionem præmisit, quæ ipsa etiam missis ad Maritum arcis cubibus vili in habitu dilapsa est, prole suas in sectæ studio firmatura: Repente Comes filios suos sibi iniquissime ereptos illa vero ab Hollandis instigata parentem renuit; cum enim phanaticum sectæ suæ Zelum Divinitatis loco haberet, eidem etiam sacrosancta naturæ junctura sacrificare parata erat: interim vero Comes unacum Episcopo arcem ingressus, eam præsidario milite firmavit, ejectisque Calvinianis Prædicantibus atque

atque interdicto sectæ usu, Catholicæ Sæc. XVII.
Religionis exercitium restituit, evoca- A. C. 1668.

tisque Sacerdotibus Catholicis Eccle-
sias vero Dei cultui sacrari jussit. Adeo
non Comitissa ad evomendum Calvinii
virus, necnon ad reddendos Filios per-
moveri poterat, ut etiam Hollandorum
potentiæ innixa, Monasteriense præsi-
dium educi, liberum Calvinianæ sectæ
exercitium restitui, sibi que plenum in
filios Calviniano ritu instituendos im-
perium indulgeri, audacter postularet:
In cassum etiam Imperator hos filios
Patri suo restitui jussit, Hollandis hoc
Cæsaris mandatum non modo spernen-
tibus, sed etiam copias suas in West-
phaliæ fines contra Episcopum edu-
centibus, Hic vero sese novo bello im-
plicare, haud consultum ratus, Mor-
tagneo Hollandorum Oratori declara-
bat, se nuperæ pacis articulis immote
inhæsurum, nec aliud intendere, quam
Bentheimensem Comitatum legitimo
suo Domino vindicare: Stetit Episcopi
verbis fidei constantia; quippe haud
ultra progressus, duntaxat Steinfurtum
ignobile oppidum aliunde Episcopali
jurisdictioni obnoxium, cedente Co-
mite, occupavit; nihilominus Hollandi
Filios Comiti restituere pertinaciter re-
culabant, insuperhabito novo Cæsaris
mandato, quod Comitissæ insinuare,

Hist. Eccles. Tom. LXIII. Aa nul-

Sæc. XVII. nullus Hagæ Comitum audebat, ne
A. C. 1668. quidem ipsemet Cameræ Nuntius, cum
 Hollandi nullam ei hæc in terras jurisdictionem esse contenderent.

§. CXXVIII.

*Henricus de La Tour Vice-Comes
 Turrenius Franciæ Marescallus
 Romanam fidem professus.*

*Turenne
 t. 2. p. 162.*

Hoc item anno Henricus de Turre-
 ne Franciæ Marescallus coram Pa-
 risiensi Archiepiscopo publice ejuravit
 Calvinî hæresi, Catholicam fidem
 no ætatis suæ quinquagesimo septimo
 professus est. Hic tot ferme victoriis
 ac præliis clarus, insignia prorsus
 sequia Gallis per plurimos annos præ-
 stitit, in hoc unico haud satis placens
 Ludovico Franciæ Regi, quod a se
 versam profiteretur religionem & quod
 dem talem, quæ florentissimum
 Regnum iteratis suis rebellionibus
 deformaverat; quapropter Rex sæpe
 hac de re cum illo sermonem induxit,
 quin illum vel leviter coarctaret, ne
 molestiam inferret, imo & non
 declararet, quod sibi hæc Religio
 diversitas nullatenus immotæ suæ
 delitatis suspicionem ingereret, sed
 hucdum sincero ejusdem in se Regnum
 que studio ac constantiæ plurimum
 fideret.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

fideret: Dudum tamen ipsemet Tur-
renius de sectæ suæ veritate dubius
hæserat, non modo a Nepote suo Bul-
lionio Cardinale, sed & aliis amicis
suis de erroris periculo admonitus:
Accesserant quoque frequentes hac de
re sermones cum Anglis, qui Regnum
suum plurimis, ac diversissimis, no-
visque indies sectis misere discissum
deplorabant, quibus reposuit Turre-
nius, *inde luculenter patere, quod dudum
vera religio per luxuriantium ingeniorum
licentiam adeo deformata fuerit, ut sicut
Calvinus & Lutherus, ita & quivis alius
sibi pro suo genio religionem fabricet.* Tum
vero nacto per Pyrenæam pacem otio
in Apostolicæ fidei veritatem singulari
studio indagare cæpit, sæpius semet-
ipsum redarguens, quod lucusque non-
nisi cæcus a cæcis Prædicantibus sese
duci passus fuerit: frequens quoque ipsi
erat colloquium cum Benigno Bossue-
tio postea Meldensi Episcopo, a quo
probe edoctus, persuasum sibi habuit,
intellectum humanum de se nimis va-
gum, „ut sibi in cunctis emergen-
tibus dubiis satisfacere posset, impa-
rem esse, proin sese subicere cogere-
tur, omnemque prudentem Legisla-
torem pro certa legis suæ intelligentia
infallibilem Interpretem præscribere;
sine hac enim subordinatione nil nisi

Aa 2

pertur-

Sæc. XVII „perturbationem, & dissidia in populo
A. C. 1668 „oritura; cum quilibet legis Codicem
 „manibus tereret, de ejus tamen sensu
 „disceptaret, pro suo arbitrio interpre-
 „taretur, ac demum religionem pro
 „suo genio sibi consarcinaret.” His
 aliisque rationibus de Catholicæ Re-
 ligionis veritate plene convictus, Cal-
 vini commenta detestatus est, atque
 ad usque postremum vitæ halitus
 religionem, quam sincero animo pro-
 fessus erat, tam pie coluit, ut Catho-
 licis jamjam in fide adultis imitatio-
 nis, socordibus vero ruboris argumen-
 tum præberet. Hæc mutatio summi
 mærore afficiebat Protestantes, tant
 meriti auctoritatisque Virum sibi ex-
 ptum ingemiscientes: ut vero quadam
 tenus suum mitigarent dolorem, pro-
 more suo in vulgus spargebant, Tur-
 renium nonnisi humanæ prosperitatis
 illecebris plectum ad Catholicorum
 castra confugisse: attamen fortune
 honoris, gloriæ & divitiarum am-
 tudo, quam jam dudum possederat
 & qua majorem nec sperare poterat
 nec facta hac mutatione acquisierat.
 Protestantes calumniæ pro arbitrio ex-
 cogitatæ, putidique sui mendacii con-
 vincit.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXIX.

Joannis Baptistæ Pallottæ Cardinalis obitus.

Inter quatuor Purpuratos, qui hunc annum vitæ suæ exitialem habuere, primus erat Joannes Baptista Pallotta Picens, qui Jurisprudentiæ laurea insignitus, primos honorum gradus Romæ emeruit, ubi utriusque, ut vocant, Signaturæ Referendarius, Ferrariensis Pro-Legatus, & ab Urbano VIII. Lusitanus Collector renuntiabatur, quo in munere etiam apud illos, quibus cum de jurisdictione certaverat, magnam sui nominis æstimationem sibi conciliabat. Romam inde evocatus primo Urbis Prætor, dein Archiepiscopus Thessalonicensis, ac demum ad Ferdinandum II. Cæsarem Sedis Apostolicæ Legatus decernebatur, qua in Legatione non minus Ecclesiæ decorem, quam Principis sui dignitatem constanti fortique animo sustinuit, jure merito ad Purpuram, & Albanensem primo, postea Tusculanam Ecclesiæ Episcopus ab eodem Pontifice nominatus. Ferrariensi etiam Legatione ita functus erat, ut ad pauperum levamen, miserorum solatium, atque oppressorum auxilium vocatus videretur: Tanta

*Viñorell. in
addit. ad
Claron.
Ughell. Ital.
Sacr.*

Aa 3

etiam

Sæc. XVII. etiam pietate Beatæ Virgini Lauret-
 A.C. 1668. næ addictus erat, ut ejus studio Romæ
 quotannis celebritas translata hujus
 Domus solemni apparatu celebraretur.
 Obiit tandem Romæ eadem hora & die,
 qua natus erat, scilicet vigesima tertio
 Januarii, annos natus septuaginta
 quatuor.

§. CXXX.

*Hieronymi Farnesii Cardinalis
 decessus.*

*Ciaccon. in
 vit. Alex-
 andri VII.*

Sequentis Mensis die decima octava
 naturæ debitum solvit Hieronymus
 Farnesius patria Romanus, qui gene-
 ris sui nobilitatem raro virtutum splen-
 dore, & vastissimæ eruditionis gloria
 illustrans, dignitates quibus potius
 emicuit, propriis meritis mercatus est.
 primo enim per undecim & his amplius
 annis Referendarii munere summa cum
 laude defunctus, Patrensis Archiep-
 scopus, & Apostolicus ad Helvetios &
 Rhætos Nuntius renuntiabatur, qua
 legatione dissidia inter Ecclesiasticos &
 seculares exorta compescuit, discipli-
 nam Monasticam restituit, religionem
 Catholicam & Curientem Episcopatum
 ab hæreticorum insidiis & violentia
 vindicavit, simulque Sedunensi Eccle-
 siæ suo Episcopo diu orbatæ dignum
 Pastorem præfecit. His præclare gestis
 Ro-

Romam reversus, pluribus Congrega- ^{Sæc. XVII.}
tionibus assiduus aderat, ac per inte- ^{A. C. 1668.}
grum decennium Ecclesiæ utilitatem,
& Ecclesiasticorum honorem promovere
toto studio adlaborabat, donec ab In-
nocentio X. Romanæ Urbis Prætura
honoratus esset, ubi in facinorosos,
necnon Ministros sua auctoritate abu-
tentes æqua severitate animadvertibat,
pauperes vero largioribus eleemosynis
adjuvari, puellasque artibus suo sexui
congruis institui curabat. Talem, tan-
tumque Virum Alexander VII. jure me-
rito Romana Purpura & Bononiensi Le-
gatione honorabat: hæc ipsa vero di-
gnitas Hieronymo calcar ad majora
addidit; quippe mira integritate omni-
bus justitiam æqua lance administravit,
urbem novis ædificiis, Sacellum S. Ca-
roli Borromæi sumptuoso ornatu, &
Aulam Farnesianam raris picturis au-
gustiore reddidit: nec tamen suæ
animæ incurius, cum mortem semper
sibi vicinam reputaret, duo Sacerdotia
pro totidem sacrificiis in animæ suæ
refrigerium quotidie offerendis, nec-
non sex pariter Canonorum Collegium
eundem in finem instituit, ingentem-
que pecuniarum vim suis domesticis le-
gavit: Demum anno ætatis suæ sexa-
gesimo octavo Romæ pie in Domino
obdormivit.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXXI.

*Guidobaldus de Thun Cardinalis
mortuus.*

*Ciacon. in
vita Ale-
xandri VII.*

Pari fato vivis ereptus est Guidobaldus Comes de Thun patria Germanus, qui non minus generis sui splendore, quam virtutibus, religione, ac integerrimis moribus illustris, eminentiorum studiorum curriculo primo Salisburgensis Archiepiscopus, ac demum a Leopoldi Cæsaris preces ab Alexandro VII. Papa Cardinalis Presbyter, licet absens, renunciabatur: Obeunt autem Adamo de Törring Ratisbonensi Episcopo simul etiam Canonico suffragio hanc Ecclesiam adeptus, Imperii Conventui ibidem convocato præsuit, Cæsarisque partes ita sustinuit, ut tamen Ecclesiæ jura semper servaret illæsa: quapropter ab omnibus summo in honore habebatur, eumque Catholicum tanquam Religionis vindicem, Eruditi Mæcenatem, atque egentem Parentem respicerent: Erat sane longiore vita & meliore fato dignissimus, vix tamen integro anno Purpuram gesserat, cum jamjam die prima Junii ex equo in terram exanimis corrueret. Successorem habuit in Salisburgensi Archiepiscopatu Maximilianum Comitem

tem de Khynburg, atque in Ratisbo- Sæc. XVII.
nensi Ecclesia Albertum Sigismundum A. C. 1668.
Alberti Bavarix Ducis Filium.

§. CXXXII.

*Pauli Æmilii Rondinii Cardinalis
decessus.*

Postremus inter Cardinales hoc anno demortuos erat Paulus Æmilius Rondinius patria Romanus, qui in pa-
tria sua politioribus literis excultus, & ntriusque Jurisprudentix scientia in Perusina Academia instructus, Aposto-
licæ Cameræ Clericis accensebatur, ac paulopost ab Urbano VIII. Cardinalis, & ab Alexandro VII. Assisinatis Epi-
scopus nominatus, aliquamdiu gregem suum verbo, exemplo, & salutaribus de-
cretis in Synodo conditis pavit, & ad me- liorem frugem reduxit: Tandem Romam
reversus, ibidemque repentina morte correptus, diem decimam sextam Septembris vitæ suæ postremam habuit.

*Priorat. in
Theatr. Vir.
illustr.*

§. CXXXIII.

*Rosa Limana de S. Maria a Cle-
mente IX. Pontifice Beatis
adscripta.*

Hoc item anno die duodecima Februa- Bull. magn.
rii perpensis ac diligentissime dis- Clem. IX.
Aa 5 cussis Const. 18.

Sæc. XVII cussis virtutibus, & miraculis, quibus
A. C. 1668. Rosa de S. Maria Virgo Limana tertii
 Ordinis S. Dominici in vita & post mor-
 tem inclaruit, Clemens IX. Pontifex
 Maximus ad preces Hispani Regis, Re-
 ginæ Viduæ, & totius Ordinis Domi-
 nicanæ indulgit, ut eadem in toto ter-
 rarum Orbe impofterum *Beatæ* nomine
 nuncupari, ejus Corpus ac Reliquiæ
 venerationi fidelium exponi, ac de ea
 sub ritu, ut vocant, duplici Officium
 & Miffa ab utroque Clero Hispano, &
 Austriaco celebrari possit: Præfixit
 celebritati diem vigesimam sextam Au-
 gusti. Die autem vigesima sexta Julii
 anno hujus sæculi septuagesimo Cle-
 mens X. hanc gratiam etiam ad Polo-
 niæ, Lithuanæ, Russiæ, Borussiae,
 ceterumque Poloniæ dominiorum Cle-
 ricorum, demum vero die vigesima septi-
 ma Augusti ad omnes totius Orbis
 Clericos extendit.

§. CXXXIV.

Alicæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

*Bull. 1. c.
 Const. 19.
 & seqq.*

Præter hoc Beatificationis decretum
 insuper idem summus Pontifex plu-
 res edidit Constitutiones, quas inter
 die vigesima octava Martii indulgit, ut
 Cardinales etiam de bonis, redditibus
 & emolumentis Ecclesiasticis, necnon

de fructibus non consumptis, aut non Sæc. XVII.
 commixtis cum aliis eorum bonis li- A. C. 1668.
 bere testari valeant, quantum vero per
 hanc testandi facultatem laudabilis
 priscusque bona ex Ecclesiis hausta in
 pios usus, & Ecclesiæ decorem con-
 vertendi fervor elanguerit, testantur
 Romæ tot Nosocomia, tot Ecclesiæ &
 Domus in pauperum, oppressorumque
 levamen antiquis temporibus ædificata,
 ac fundata, cum tamen bona relicta no-
 vissimis hisce temporibus raro admodum
 in pios ejusmodi usus, sæpissime vero
 in familiarum augmentum, Palatia,
 & hortos, equos & canes convertan-
 tur. Die autem undecima Aprilis idem
 Pontifex Congregationem jam ab In-
 nocentio X. institutam confirmavit, quæ
 Regularium negotia discuteret, ac di-
 judicaret. Cum vero Clemens VIII.
 prohibuisset, ne fratres Minimi, quam-
 diu ob infirmitatem cibis Paschalibus
 vescuntur, e suis monasteriis egredian-
 tur, Clemens IX. hoc decretum ita
 temperabat, ut prædicti infirmi de con-
 silio Medici & cum Superiorum licentia
 ad Balnea sese conferre possint. Insu-
 per Ord. FF. Carmelitarum Generali
 Papa die vigesima Julii concessit, ut
 suis Fratribus Magistri honore insigni-
 tis Doctoratus Lauream conferre valeat.
 Præterea Jesuitis indulgit, ne deinceps
 quo-

Sæc. XVII. quovis Novennio Congregationem, quam
A. C. 1668. Alexander VII. præscripserat, celebrare
 teneantur, eo quod, ex parte Generali, ejusmodi Congregationes Societatis Constitutionibus adversentur, & occurrentibus necessitatibus jam aliunde per triennales Congregationes abunde provisum esset, & ingentibus expensis, vitæque periculis pauperes, senes, & primarii Provinciarum Socii in ejusmodi itineribus exponerentur, atque ex horum absentia relaxaretur disciplina religiosa. Denique pro Christi fidelibus Italiæ & Status Ecclesiastici die vigesima sexta Septembris, & tertia Octobris indulgentias plenarias concessit, ut divinum imploraretur auxilium pro tuenda urbe & Regno Cretenfi adversus Turcas, & pro felici compositione negotiorum in Regno Poloniæ.

§. CXXXV.

Diversæ S. Congregationum decisiones.

*Decis. S.
 Congr. Immunitatis.
 Conc.
 Rit. &c.*

Post hæc Constitutiones Apostolicas ejusdem Pontificis jussu Sacre etiam Congregationes Romanæ varia ediderunt decreta, & quidem sacre Immunitatis Congregatio exorto in Constantina Ecclesia dubio die vigesima quarta Januarii decidit, quod si bonis

Mente

Mensæ Episcopalis in aliena Diæcesi sitis Sæc. XVII.
damna fuerint illata ab aliquibus Ec- A. C. 1668.
clesiis, hasque Episcopus servatis ser-

vandis ad vim vi repellendam censuris
perstrinxerit, ejusmodi censuræ pro
tuendis suæ Mensæ juribus validæ sint.
Declaravit quoque S. Concilii Congre-
gatio die vigesima quarta Martii, quod
Impubes major factus possit variare Ec-
clesiam a Tutore designatam pro cele-
bratione Missarum: insuper die nona
Junii S. Rituum Congregatio ad preces
Ecclesiæ Conversanæ declaravit, quod
Sacerdos sæcularis, sive sit Capellanus
sive non, qui recitavit officium semi-
duplex, vel simplex aut feriale, illo
die celebrans in Ecclesia Regularium
seu Monialium, ubi recitatum est ab
ipsis eadem die officium duplex de ali-
quo sui Ordinis sancto, non valeat di-
cere Missam de Requiem. Decisum
quoque ab ipso summo Pontifice die
decima tertia Septembris, quod ægro-
tis morti proximis, quamvis in sordido
loco degant, S. Viaticum deferatur,
cum apud Deum non sit acceptio Per-
sonarum; Presbyteri autem sæculares
doctrina & moribus idonei in Indiis
Orientalibus degentes ab administrando
Pœnitentiæ Sacramento non arceantur,
attenta præsertim indigentia tot ani-
marum, quibus impares sunt pauci Re-
gula-

Sæc. XVII. A.C. 1668. gulares Europæi: Vicarius quoque ibidem plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis atque idoneis ad confessiones excipiendas deputet, ut facilius & lubentius fideles Sacramentum penitentiae valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus aut externis sese subicere, nunquam vero Confessio excipiat per interpretem: Denique a S. Rituum Congregatione die decima sexta Octobris declaratum, quod ratione communicationis Privilegiorum non possit recitari peculiare officium concessum illis, quorum privilegium facta est communicatio.

§. CXXXVI.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Concil. Germ. tom. 10. Denuo Bernardus Gallen Monasteriensis Episcopus duas Synodales Diæcesanas hoc anno die decima tertii Martii & decima sexta Octobris celebravit, in quibus præter innovata priorum Synodorum decreta præcipue statuit, ut Matrimonio jungendi antea de necessariis ad salutem examinentur, et postea factis jam proclamationibus cum dedecore & scandalo rejici debeant. Inhibitum quoque, ne ullus in alterius Parochia absque proprii Curati licentia Missam celebret: Declaratum quoque quibus

quibus temporibus Conjugati ab uxo-ribus abstinere teneantur. Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXXVII.

Quorundam Scriptorum Catholicorum opera, & obitus.

Paucos ex celebrioribus Catholicis Scriptoribus adducemus, quos inter primas tenet Isaccus Habert Vabrensis Episcopus, qui acerrimus Jan- senistarum hostis, literas Franciæ Præ- sulum ad Innocentium X. contra eos- dem conceperat: Scripsit librum de gratia ex Patribus Græcis, tractatum de consensu Hierarchiæ & Monarchiæ, & postquam Antonius Arnaldus in pro- lixa sua præfatione ad librum de fre- quenti communione Petrum & Paulum duo *Ecclesiæ Capita* nominabat, Habertus duos libros de cathedra & singulari Primatu Petri edidit, uti testantur Fra- tres Sammarthani in Gallia Christiana tom. 3. p. 1108. II. Ludovicus Donius d'Attichy Ord. FF, Minimorum Epi- scopus Augustodunensis scripsit de vita & gestis Petri Berulli Cardinalis, flores historiæ Cardinalium, & Historiam Ordinis Minimorum. III. Josephus Quartaranus Sacerdos Siculus prophe- tiæ dono illustris, qui exercitia & pre- ces spirituales in suffragium agonizan- tium,

*Bibl. S. J.
Aleg. Script.
Ord. FF.
Præd.
Echard
Bibl. Car-
mel.*

Sæc. XVII. tium, vitam S. Josephi ab Arimathia,
A. C. 1668. pluraque alia posteris reliquit. IV. Tho-
 mas Gomez Cisterciensis Monachus,
 scripsit librum de veteri Monachatu &
 Regulis Monasticis. V. Joannes Ma-
 tinez de Prado Ord. FF. Prædicatorum,
 qui publici juris fecit Theologiæ mo-
 ralis quæstiones præcipuas, tractatus
 de Sacramentis in genere, & de Pe-
 nitentia ac Eucharistia & controversiis
 Metaphysicales sacræ Theologiæ Ma-
 nistras præter plura alia. VI. Tho-
 mas Leonardi ex eodem Ordine scripsit
 tractatus Theologicos, sententias
 Thomæ de prima hominis institutione
 unacum additionibus contra De-
 schæum Lutheranum, Christum Cro-
 cifixum & confutationem cujusdam
 belli, cui titulus: *Capuccinus excom-
 muniatus*. VII. Jacobus Balde S. J. editit
 suum Maximilianum I. Austriacum
 poemata de vanitate mundi, Templum
 honoris virtute Ferdinandi III. aper-
 tum, novem libros Sylvarum, alios
 que libellos vineta oratione scriptos.
 VIII. Theodorus Dulman pariter So-
 cius, qui elucubravit commentationes
 super amore Dei, Oratorem Christia-
 num, Peregrinum Christianum, &
 amussim vitæ spiritualis. IX. Joannes
 Tullonius, Jesuita, scripsit bellorum
 causas, Jonam typum hominis, bonam
 volum

voluntatem, compendium historiæ Leo-
dientis, commentarios historicos & mo-
rales ad libros Machabæorum, præter
alia pauca. X. Nicolaus a S. Simone
Carmelita Excalceatus vulgavit exer-
citationes Theologicas in summam D.
Thomæ, tractatum de incarnatione,
Quadrigam gloriæ Christi, tractatus
Morales, dogmaticos, Paradoxos &
Mysticos, tractatum de Monialibus, &
præter plures sermones varia alia
opuscula.

Sæc. XVII.
A. C. 1668.

§. CXXXVIII.

A catholicorum Scriptorum mors & opera.

Ex Scriptoribus A catholicis, qui hoc anno obiere, celebrantur. I. Joannes Gerhardus secta Lutheranus, qui edidit harmoniam linguarum Orientalium, tractatus de Sepultura Moysis & de Ecclesiæ Copticæ ortu, consensum & dissensum Religionum, Hærogenæ locorum Theologicorum, epitomen Confessionis Catholicæ, dispositiones in Evangelia, Synopsis Arminianismi, & plura alia. II. Andreas Wigand olim Jesuita, postea Lutheranus, edidit concionem revocatoriam, & Apologiam contra Jesuitarum Moguntinorum calumnias, & nonnulla alia.

Frecher vita
Ger. Frecher
Theatr.
Erud. p. I.
sect. 3.
Menckens
lex. comp.
erud.

Hist. Eccles. Tom. LXIII. Bb III.

Sæc. XVII. III. Andreas Widmarius scripsit disputationes
A. C. 1669. tationes Theologicas adversus Judæos

orationem de manifestatione Spiritus Sancti sub specie columnæ, & disputationes de natura S. Theologiæ. IV. Stephanus Clotzius typis vulgavit Theologiam naturalem, tractatum de Angelolatria, & de sudore sanguinis Christi. V. Josephus Adjutus, Apostata, scripsit axiomata politica, orationem revocatoriam de erronea Romana Ecclesia.

§. CXXXIX.

Senonensis Archiepiscopi oppositio contra Provinensis Collegii Rectores.

*Recueil des
Affair. du
Clergé de
Franc. t. I.
pag. 279.*

Præ ceteris Ludovicus Henricus Gerdinur Senonensis Archiepiscopus in suam Diæcesin Disciplinam Ecclesiasticam revocandi, ac doctrinæ moralis puritatem conservandi studium singulare præseferbat: hanc in re præprimis Provinensi urbi Gymnasium ac Rectores morum probitate, scientia ac pietate adeo conspicuos præficere statuit, ut juventus non modo in sana doctrina, sed & veris Christianæ fidei præceptis imbui posset. Hoc suum consilium Ludovico XIV. Galliarum Regi ipse proposuit, eidem declarans quod Diæcesis tranquillitate, & juven-

tutis proventu ita exigente, Jesuitas Sæc. XVII.
 ad hæc munia nec admittere vellet, A. C. 1669.
 nec posset. Annuit Rex, quocirca Archiepiscopus suum quoque consilium
 supremo Proveniensis Urbis Præfecto manifestabat. Hic vero absque Regis
 venia, atque inconsulto Archiepiscopo clam cum P. Rectore Cabillonensis Col-
 legii, aliisque Jesuitis egit, eosque ad hæc munia promoveri curavit, facta
 eis pollicitatione, quod non modo duo illa beneficia pro Theologiæ Magistris
 in Ecclesia ad S. Quiriacum, & B. V. ad Vallem erecta, sed etiam Clausa-
 barbiensis Nosocomii proventus eis concedere velit. Re comperta Archiepi-
 scopus clandestinis hisce molitionibus sese opponere statuit, eo potissimum no-
 mine, quod vi Tridentini Concilii universalium studiorum Collegia providen-
 tiæ Episcoporum sint demandata, & collatio prædictorum beneficiorum ac
 reddituum administratio ad Senonenses Archiepiscopos antiquo plenoque jure
 spectasset: cum autem urbis Præfectus clam quorundam civium assensum jam-
 jam eblanditus esset, Archiepiscopus suæ oppositionis causas die secunda
 Februarii publico proclamate mani-
 festas facere, necessarium duxit, de-
 monstravitque, quod Jesuitas ad Scho-
 larum directionem admittere non pos-
 set.

Sæc. XVII. set, quia I. jam a viginti annis contra
 A. C. 1669. tra Episcopalem dignitatem in schismate
 & scandalosa rebellionē persistentes ad-
 versus Diæcesana statuta a Clero Gallica-
 no approbata reclamarunt, certissimi
 Episcopi jura agnoscere detrectantes. II.
 Quia ex illis potissimi in suis libris deprava-
 tam morum doctrinam tradunt, & per-
 versa dogmata, ut eo facilius illa suis
 discipulis instillarent, in unum colle-
 gerunt, editaque apologia tam ar-
 dacter propugnarunt, ut ea summus
 Pontifex, Franciæ Episcopi, & Parisi-
 ensis Facultas Theologica conden-
 nare coacti essent, quin eorum ullæ
 corruptas hæc opiniones Ecclesiæ
 Regno tantopere perniciosas publicas
 revocasset, proin timendum foret, si
 ejusmodi laxis doctrinis juventutes
 quoque inficerent. III. Quia præse-
 lentibus Præfecto & Jesuitis Archiep-
 scopus nullum hujus Collegii Alu-
 num ad Ordines sacros & Beneficia
 admittere auderet, eoquod hi in schis-
 mate contra suum Episcopum, & in
 seditione adversus auctoritatem eide-
 a Deo concessam enutriti essent. IV.
 Quia ex jure Episcopis in proventibus
 præfati Nosocomii & beneficiorum com-
 petente Episcopus quoque de bono vel
 malo horum proventuum usu judicandi
 & contra Fundatorum mentem intro-

fos excludendi jus habet, quo jure pri- Sæc. XVII.
A. C. 1669.
varetur, si hæc bona in Jesuitis per-
petuo jure transferrentur.

Postea Archiepiscopus Cabillonensi
P. Rectori, qui cum urbis Præfecto
hanc negotiationem confecerat, sacris
interdixit, omnesque incolas enixe ro-
gavit, ut suarum prolium utilitati, atque
Ecclesiæ ac Regni commodo necnon
propriæ saluti consulturi, sese hisce
molitionibus opponerent.

§. CXL.

*Jesuitæ ab eodem Senonensi Archi-
episcopo Sacris restituti.*

Cum Senonenses Jesuitæ jam per plu- *Recueil des
Affair. du
Clergé pag.
243.*
res annos pro administrando Sa-
cramento Pœnitentiæ & prædicando
Dei Verbo necessariam ab Archiepiscopo
Senonensi approbationem & licentiam
sub privilegiorum obtentu petere negle-
xissent, Gondrinus Archipræsul sæpius
illos coram esse jussit; his autem non
comparentibus rem ad Innocentium X.
Papam retulit, a quo etiam die deci-
ma quarta Maij Anno hujus sæculi
quadragésimo octavo literas obtinuit,
quibus Jesuitæ parere jubebantur: ne-
glecto autem trino termino, intra quem
sefe pro obtinenda approbatione siste-
rent, Carolus Hanniques Vicarius Ge-
neralis

Sæc. XVII. neralis jussu Archiepiscopi die nona
A. C. 1669. Aprilis edictum promulgavit, vi cuius
 omnibus Senonensis Urbis, Diæcesis,
 & suburbii incolis interdictum, ne suas
 confessiones apud Jesuitas deponerent,
 eoquod Archiepiscopus eas invalidas
 esse declarasset, donec hi necessariam
 approbationem ab eodem Archiepi-
 scopo obtinuerint: Ab hac vero sen-
 tentia Jesuitæ ad Senonensem Pro-
 legatum appellarunt, eidem exponentes
 quod jam dudum oretenus ab Archi-
 episcopo fuissent approbati, proin-
 terposita hac appellatione interdictum
 non urgeret: cum ergo confessiones ex-
 cipere, Verbumque Dei prædicare per-
 gerent, idem Vicarius Generalis die
 undecima ejusdem Mensis pronuncia-
 tam nuper censuram executioni man-
 dari jussit, ac promulgato decreto obse-
 dit, eos unquam fuisse approbatos, in-
 sum esse, nec eis interpositam appe-
 lationem suffragari, eoquod decre-
 Regii articulo quinto jam anno Domini
 millesimo quingentesimo trigesimo nono
 declaratum fuisset, appellationes in
 causis disciplinam & Ecclesiasticorum
 correctionem spectantibus interpositas
 non obstare, quominus Judex Eccle-
 siasticus contra eos ulterius procedere
 posset. Spreta autem hisce edictis Je-
 suitæ etiam Paschali tempore palam in

fuo Sacello Eucharistiam distribuebant, sæc. XVII.
 & fidelium confessionibus excipiendis A. C. 1669.
 vacabant: rursus igitur die vigesima
 tertia ejusdem Mensis necnon die quarta
 Maij Archiepiscopus iterum Jesuitis, ne
 sacra tribunalia frequentarent, inter-
 minatis poenis Ecclesiasticis inhibuit,
 & indicta excommunicationis pœna fi-
 delibus, ne suas apud ipsos conscientias
 expiarent, vetavit: Ut vero tam Je-
 suitæ, quam ceteri Regulares de ap-
 probationis necessitate convincerentur,
 Archipræsul die nona & sequenti Mensis
 Septembris in Archiepiscopali Semina-
 rio hanc Thesin propugnari jussit. *Ab*
Episcopis per singulas quasque Diœceses,
regulares, seu privilegiarii cujuscunque sint
Ordinis vel instituti etiam, ut vocant Socie-
tatis Jesu Presbyteri, ita se noverint de-
pendere, ut neque se Episcoporum examini
jure subducere, neque sine illorum appro-
batione, qua ad opus deputantur, etiam
prout approbantibus visum fuerit arctanda
seu limitanda, cuiquam ex illorum subditis
sacramentum pœnitentiæ administrare queant
aut a casibus, quos Episcopi sibi reserva-
verint, absque speciali eorum licentia quem-
quam absolvere, sed in his omnibus com-
muni Ecclesiæ regulæ subjici, & privilegio
carere, nec ampliorem ipsis in absolvendo
competere potestatem, quam competere no-
scitur parochialibus Vicariis.

Bb 4

Cum

Sæc. XVII.

A. C. 1669.

Cum autem Jesuitæ & nonnulli alii variis interpretationibus debitam Episcopis submissionem eluderent, opprobriamque doctrinam in scholis, confessionalibus, & Monialium claustris insinuarent, Archiepiscopus hanc thesin solidis argumentis comprobare, & rationes allatas sequenti anno typis vulgari iussit. Interim vero Agennensis Episcopus die sexta Maij anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto edictum promulgabat, vi cuius Confessiones recipiendi & Verbum Dei annuntiandi facultates a suis Prædecessoribus concessas revocans, præcepit, ut omnes utriusque Cleri Sacerdotes novo examini & approbationi sese subijcerent cum autem regulares sua privilegia opponerent, & ad summum Pontificem provocarent, inter hos & Episcopum ingens fervebat diffidium, quod tandem anno hujus sæculi sexagesimo nono Ludovicus Rex composuit, qui Agennensis Episcopi decretum omnino in usum deduci, necnon in ceteris Regni Diæcesibus observari præcepit: cuius ergo Senonensis quoque Archiepiscopus per Regium hoc mandatum suam quoque causam fuisse decisam crederet, hinc illud Jesuitis, ceterisque Regularibus ob oculos posuit: Jesuitæ in

terruti eundem supplices accessere, & Sæc. XVII.
debitæ submissionis homagium exsolu- A. C. 1669.

turi, ita coram eo perorarunt: „Reve-
rendissime, Illustrissime Præful, Adfu-
mus, ut tibi devotissimum nostrum
exhibeamus obsequium: loquitur Rex,
Papa tacet, omnes ceteri Regulares
Archiepiscopis atque Episcopis sese
subjiciunt: Nos quoque, qui per Dei
gratiam fideles sumus Galli, & nos
Filios Ecclesiæ esse potissimum gloria-
mur, supplices venimus, ut nobis in
tua Diæcesi confessiones excipiendi &
prædicandi facultatem concedas; non
tibi conditiones præscribimus; parati
enim sumus in omni humilitate ac-
ceptare clausulas, modificationes &
limitationes, quascunque præscribere
placuerit, gaudentes, si tibi in tuo
Ministerio deservire, & opem ferre
possimus. Scimus etiam, Regis de-
cretum, quod omnes Regulares com-
plectitur, de ejusmodi facultatibus
juxta tuum arbitrium disponendi ple-
nam potestatem tribuere: si tamen nos
aliquo favore beas, erimus tibi ob-
strictissimi, gratissimique, si vero in
omni rigore illud exequi, limitare,
restringere, reservare aut modificare
volueris, gloriæ nobis ducemus, si
sub prudentissimo tuo gregis commissi
Regimine tibi quocunque modo defer-

Sæc. XVII., „vire poterimus: Tui enim sumus, cer-
A. C. 1669. „tusque sis, Illustrissime Præsul, ne-
 „minem reperiri, qui exactius, firmitus,
 „& fidelius hæc mandata exequentur,
 „& sincerius gloriantur, quod sint

*Humillimi & obsequiosissimi
 tui Servi, Jesuitæ Senonensia*

Die igitur quarta Martii præfato
 anno Senonensis Archiepiscopus, eo-
 quod Rex in suo decreto inter privile-
 giatos & non privilegiatos nullam fe-
 cisset exceptionem, pariter declaravit,
 quod Jesuitæ deinceps non modo circa
 Sacramentorum administrationem, &
 Verbi Divini prædicationem, sed ne-
 quidem circa suas Personas & Collegia
 ullo privilegio fruantur, sed in Gallis
 Episcopali jurisdictioni plene sub-
 jecti sint.

§. CXLI.

*Apamiensis Episcopi controversia con-
 tra eosdem.*

*Relat. de
 l'Eveq. de
 Pamiers à
 tous les Pre-
 lats. Recueil
 des Affair.
 du Clergé
 pag. 293.*

Acrior adhuc erat contentio inter Ste-
 phanum Caulet Apamiensem Epi-
 scopum, & ejusdem Diæcesis Jesuitas:
 cum enim hic Præsul inter suos fideles
 morum corruptelam præcipue eo ex
 capite invalescere animadverteret, quod
 ex Regularibus nonnulli sine Episcopi
 appro-

approbatione confessiones exciperent, Sæc. XVII.
& laxioribus quorundam novorum Ca- A. C. 1669.

suiſtarum ſententiis innixi, a caſibus
etiam Epifcopo reſervatis paſſim ab-
ſolverent, hinc varia edidit decreta,
quibus huic malo remedium opponere
ſtatuit. Verum Apamiensis Collegii
Jeſuitæ hanc agendi rationem velut
intempeſtivam ſeveritatem, qua pecca-
tores ad deſperationem redigerentur,
publice carpebant, atque inter eos P.
Benedictus Paſchal die decima nona
Junii anno priori in Collegii Templo
ſermonem habebat, in quo præſenti-
bus Eccleſiæ Cathedralis Canonicis
plurimiſque Religioſis, quos ad hanc
concionem ſtudioſe invitaverat, pec-
catores levi duntaxat pœnitentia eſſe
dimittendos comprobare nitebatur,
exemplo Chriſti Domini, qui adulte-
ram, Magdalenam, & Samaritanam
dimiſit, unice eis inculcans, ne am-
plius peccarent: inter alia quoque af-
firmare dicebatur, quod Deus in ve-
teri lege ſua aſteritate vix non popu-
lum a ſuo obſequio averterit, Moyſes
autem manſuetior illum in officio reti-
nuerit, ac propterea Iſraelitæ dixerint: *different*
loquere tu nobis, & non loquatur nobis
Dominus. Plura alia teſtes, quos Epi-
ſcopus jurato exceperat, depoſuere,
quæ ad evertendam SS. Patrum &
Con-

*Arret du
Conſeil des
Roy ſur un
different
entre l'Ev.
& les Jeſuit.*

Sæc. XVII. Conciliorum doctrinam circa Poenitentia
 A. C. 1669. tiæ administrationem, necnon ad fo-
 vendam peccatorum impoenitentiam
 collimasse videbantur: Eapropter Epi-
 scopus hunc Concionatorem, ut se ab
 objectis criminibus purgaret, in Epi-
 scopali Curia comparere iussit, hic ven-
 se exemptum nonnisi suo Superiori ra-
 tionem reddere obstrictum esse respon-
 dit, si autem ulterius procederetur, se
 adeum, cui de Jure competeret, provo-
 caturum, moxque P. Petrus Fulgheyra
 Collegii Syndicus die secunda Julii ad
 Tolosanum Parlamentum & postea ad
 Metropolitam ab usurpata Episcopi ju-
 risdictione appellavit: salva hac appe-
 latione Episcopus hunc Concionatorem
 denuo citari iussit, qui tamen compe-
 rere recusans, querebatur, quod in
 Episcopi decreto *Fratri* & non *Patri*
 nomine appellaretur: Syndicus quo-
 que Benedicti concionem ad plurimum
 Societati addictorum ædes detulit, pe-
 tens, ut in hoc sermone nil nisi Evan-
 gelii & Ecclesiæ Regulis consonum re-
 periri testarentur. Die autem quarta
 ejusdem Mensis Episcopus Patrem Pa-
 schal Sacramenti Poenitentia admini-
 stratione, & Verbi Divini prædicatione
 interdixit, simulque P. Joanni Bouclier
 ut hunc Prædicatorem sisti curaret,
 mandavit, interminata interdicti poena:

ne vero præcipitis severitatis arguere- Sæc. XVII.
tur, Tolosanum Archiepiscopum roga- A. C. 1669.
bat, ut hoc dissidium amica transactio-
ne componere velit: Hic ergo juncta
Populiensis, & Lombariani Episcopo-
rum opera cum Tolosani Collegii Je-
suitis agere cæpit, ac die duodecima
Mensis Augusti reconciliationis condi-
tiones firmavit, quas inter præcipua
erat, ut P. Paschal Episcopum accede-
ret, & retractationem, quam hi tres
Præsules confecerant, a se, suoque
Superiore subscriptam eidem traderet:
Verum Apamienses Jesuitæ adversus
hanc compositionem vehementer recla-
mabant, caussati, se insciis a Tolosanis
Jesuitis has condiciones fuisse accepta-
tas, seque nondum auditis inique con-
demnari: Insuper P. Franciscum Ada-
netum Jesuitam aliunde evocarunt, qui
Paschalis interdicto affecti vices actu-
rus, Episcopum accessit, eidem insi-
nuans, quod deinceps confessiones ex-
cipere, ac concionari vellet; Episcopo
autem id denegante, eoquod ab ipso
non approbatus esset, Adanetus P.
Trencherum Provinciale datis literis
de Episcopi repulsa certiore reddidit,
qui perlecta ejus epistola ira commo-
tior in hæc verba prorupit, „quia Præ-
„sul nos ita infectatur, Adaneto præ-
„cipere cogor, ut is vicissim suo utatur
„jure.

Sæc. XVII. jure., Hic ergo hac Provincialis
A. C. 1669. licentia fretus, absente Episcopo,

Amilia ejus Vicario Generali, ut Superioris sui facultate uti posset, consensum petiit, quo denegato nihilominus die tertia Decembris, aliisque diebus sine ulla hæsitacione conciones habuit, ac fidelium confessiones excepit, incassum desuper a Beringerio Marcadensi Parocho admonitus. Re comperita Episcopus Apamias reversus, die decima nona Decembris promulgato edicto omnes hucusque duntaxat ortenus obtentas approbationes revocavit: huic Episcopi edicto sese subjecerunt omnes Religiosi, exceptis Jesuitis qui literas Notarii chirographo multas Episcopo die vigesima quarta ejusdem Mensis transmiserunt, quibus significabant, Episcoporum approbationem merum esse testimonium de capacitate eorum, qui eam petunt, jurisdictionem vero dari ab Episcopo in suos Diocesanos, & a Papa in omnes fideles, hanc vero deputari Confessariis, per eos, qui eorum sunt legitimi Superiores, Jesuitas autem ab Episcopo approbatos, atque idoneos, & a suis Superioribus Deputatos habere plenam potestatem absolvendi omnes, oretenus quoque obtentam approbationem sufficere, nec Tridentinum requirere scriptam

ptam, nec eam nisi propter graves culpas Sæc. XVII.
 fatis probatas, & ad ipsum Pœnitentiæ A. C. 1669.
 Sacramentum spectantes revocari posse
 &c. His multisque aliis in sui defen-
 sionem allatis ab Episcopi mandato ad
 Metropolitam provocarunt, atque inter
 eos præcipue P. Rector, P. Syndicus,
 & P. Adanetus in Nativitatis Domi-
 nicæ festo, aliisque diebus publice om-
 nium concurrentium confessiones ex-
 ceperunt: Spargebantur etiam per ur-
 bem adversus Episcopum, ejusque Mi-
 nistros libelli famosi tam in publico foro,
 quam in Ecclesiæ portis affixi; hoc igi-
 tur contemptu irritatus Præsul, suam
 auctoritatem protegi, a Rege efflagi-
 tans, die quinta Januarii præfatos Je-
 suitas suspensionis pœna affecit, inter-
 minato anathemate, si Pœnitentiæ Sa-
 cramentum administrare pergerent.
 Percepta hac sententia Jesuitæ denuo
 ab ea ad Metropolitam appellantes, per
 suos Scholares ab Ecclesiæ foribus Epi-
 scopale interdictum abstrahi, & appel-
 lationis suæ literas Episcopalis Palatii
 imo & urbis portis affigi curarunt, si-
 mulque fidelium confessiones passim ex-
 ceperunt; eapropter Episcopus juxta
 Sacros Canones trinam monitionem
 præmittere intentus, hanc in rem no-
 minabat Antonium Noué, qui una-
 cum

Sæc. XVII. cum duobus testibus P. Rectori tum
A. C. 1669. confessionibus excipiendis vacanti Episcopo

scopale hoc edictum tradidit, quod tamen hic inter sonoros Scholarium cachinos in terram projecit, Adanetus vero a Missæ Sacrificio redux, edictum non acceptavit, comminatus, Papam & Regem hanc violentiam vindicturos. Insuper divulgabatur libellus sub hoc titulo: *Syndici PP. Jesuitarum relationes, quibus probi homines sanari possunt ab anxietatibus, quas Episcopi Promotorum eorum conscientias ingerere attentat, ne suas confessiones apud Jesuitas deponerent.* Eius quidem P. Trencherus Provincialis & Syndicus hæc se insciis facta testabatur; cum autem doctrinas ibidem contentas non rejicerent, & insuper habita trina admonitione Jesuitæ sacris functionibus vacare pergerent, Episcopus tertia secunda Februarii pro frangenda eorum contumacia publicas solemnesque preces per universam Urbem indixit, ac demum die quinta ejusdem Mensis præfatos tres Jesuitas publice excommunicatos declaravit, hujusque sententiæ notitiam datis literis die vigesima prima ejusdem Mensis unacum facta relatione omnibus Regni Præsulibus dedit. Nihilominus Jesuitæ Sacramenta ut antea, operabantur, eorumque Scholares excommunicationis sententiam

valvis Ecclesiæ abreptam lacerabant: Sæc. XVII.
 Interim vero Regis literæ die prima A. C. 1669.
 Februarii datæ ex oppido S. Germani
 in Laya ad Episcopum deferebantur,
 quibus decisum, quod Jesuitæ adversus
 Episcopi sententiam intra semestre jura
 sua exponerent, interim vero ejusdem
 Episcopi decreta exacte exequerentur:
 Hi ergo Regis indignationem præven-
 turi, Episcopo die undecima Februarii
 significarunt, se ad tollendam populi
 offensionem consultum censuisse, ut,
 non obstante suo confessiones excipiendi
 jure, sacro huic Ministerio abstinere-
 rent, sui que Collegii Ecclesiam ita claude-
 rent, ut illud duntaxat suis Scholari-
 bus apertum esset, salvo tamen jure
 ulterius sacras sui Ordinis functiones
 exercendi: cum ergo cedere videren-
 tur, opera Sabasani Tolosani Metropo-
 litanæ Curiae Promotoris, qui Socie-
 tati apprimè addictus erat, tandem
 hæc controversia composita est.

§. CXLII.

*Ludovici XIV. Galliarum Regis e-
 dicta contra Hugonottas.*

Ineunte anno hujus sæculi sexagesimo
 nono Ludovicus XIV. Franciæ Rex
 pro eo, quo flagrabat. Catholicæ Re-
 ligionis studio Calvinistis sectam suam

*Hode Hist.
 de Louis
 XIV. l. 32.
 Calmet Hist.
 Univ. l. 154.
 Hist. de l'E-
 dict. de Nant.*

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Cc

di-

Sæc. XVII. dilatandi, necnon seditionis in Regem
A. C. 1669. suum concitandæ fomitem subtrahere

adlaborabat, haud immemor, quam
furore primis jam annis, quibus eorum
secta in Galliis vix adolescere cæperat,
jamjam in Reges suos tumultuarias
atque Ambasiana conspiratione univer-
sam Familiam Regiam regnante Fran-
cisco II. e medio tollere, Carolum
evocato extero milite debellare, cre-
brisque præliis fatigatum ad Melus
intercipere, Henricum II. Cutracen-
pugna devictum ad incitas redigere,
Henricum IV. ad pacta fidei, ac Re-
giæ auctoritati noxia compellere,
Ludovicum XIII. e Regno armis detra-
here attentarint: Tot igitur seditionum
bellorum & rebellionum, quas Hugon-
nottæ in Galliis continuo concitaverunt,
probe gnarus Rex, die prima Februarii
adversus hosce Sæctarios mandatum
quadraginta novem articulis compre-
hensum promulgari jussit. Prohibitum
ergo illis fuit, ne concionarentur extra
loca eis indulta, nec eorum Prædica-
tes se Ecclesiæ Pastores, sed duntaxat
Ministros exislimate Religionis reformatæ
nominarent; quoniam vero jam sæpius
Ludovicus XIII. Calvinistis in Alençon-
niensi, Charentoniensi, & Juliodunensi
conciliabulo congregatis inhibuisset, ut
Papam *Antichristum* & Catholicos in-
solent

lolas vocitarent, aut Romanæ Ecclesiæ ritus & Sacramenta velut hominum commenta verbis indecentibus traducerent, ipsi vero audacter reponebant, quod in hoc obedire non possent, eoquod his loquendi formulis jam in prima fidei suæ confessione usi essent, & his convitiis Patrum suorum doctrinam, & schismatis sui fundamentum causamque exprimerent, hinc Rex eorum contumacem petulantiam efficacius repressurus, suo edicto rursus prohibuit, ne quicquam contra religionem Catholicam proferre auderent: quamvis id aliunde ratio, æquitas & charitas Christiana ab eis exegisset. Vetavit insuper, ne talari toga extra eorum fanum uterentur, nec matrimonio Catholicæ personæ cum Calviniana assisterent, minus vero cum exteris provinciis in Religionis negotio commercium habere, aut sub charitatis obtentu literas mittere, vel aliarum Synodorum appellationes recipere præsumerent, nec ullam Synodum sine Regis consensu, & regii Deputati præsentia habere, vel privatos conventus & colloquia instituere, vel de Matrimoniorum valore judicare attentarent. Insuper eis inhibitum, ne eos, qui proles suas ad Catholicorum Ecclesias vel Scholas mittunt, puniant, vel suos

Sæc. XVII. mortuos in Catholicis cæmeteriis sepe
 A.C. 1669. liant, aut suorum cadavera ante fores
suæ Domus exponant.

Eodem etiam mandato eis injun-
 ctum, ut nullus ex illis, etsi ceteris
 Senior in ulla Regia Curia Præfiden-
 agat, nec causæ publicæ urbium
 Communitatum utilitatem spectantes
 ad eorum tribunal pertrahantur, in
 Occidania & Aquitania, nec non in aliis
 civitatibus mixtis primus Consul sit Ca-
 tholicus, & Senatores ad minimum
 numero æquales: nec tamen Calvinistæ
 Occidaniæ comitia frequentare liceat.
 Serio etiam Hugonotis præceptum est
 ut quando SS. Eucharistia in solemnibus
 supplicatione prope Calvinistarum Tem-
 plum defertur, ipsi æque ac Catholici
 ædes suas tapetibus instruant, & tan-
 diu a suarum cantilenarum murmuribus
 cessent, donec SS. Sacramentum per-
 transiisse animadverterint, si vero aliter
 Calvinistis SS. Sacramentum obviam
 ipsi aut secedant, aut reverentiam ex-
 hibeant: Infantes ex Patre aut matre
 vel olim Catholico nati, in fide Catho-
 lica Baptizentur, & educantur, etsi
 Mater sit Calviniana: observent
 denique Calvinistæ festos dies ab Ec-
 clesia proscriptos, nec illis diebus ob-
 cinas aut tabernas aperiant. Præterea
 Rex tribunalia, quæ ipsis olim erant

concessa, suppressit, tanquam superva-
 canea, eoquod in Regia Curia suæ sectæ
 Deputatum aliunde haberent. Hæc de-
 creta, ut fertur, pro edicto Nanetensi suæ
 puritati restituendo condita Parlamen-
 tum Rothomagense integra fide exe-
 quebatur, Parisiense autem, forte quod
 Calvinistis plus æquo adhuc indultum
 crederet, ea integro quadrimestri ad
 acta referre cunctabatur: Hugonotæ
 autem fidem sibi datam violari, suæ-
 que sectæ libertatem imminui, vehe-
 menter quesii, pro more suo extero-
 rum Principum opem implorabant, tan-
 taque importunitate Electorem Bran-
 deburgicum urgebant, ut Ludovicus
 Rex hæc edicta temperare, & decla-
 rationem anno hujus sæculi sexagesimo
 sexto editam aliis articulis in Calvini-
 starum favorem explicare cogeretur:
 cum vero compertum haberet, quod
 Calvinistarum plurimi fanatico suæ sectæ
 æstro abrepti e Regno excederent, at-
 que in exterarum Regiones transmigra-
 rent, Mense Decembri edictum pro-
 mulgari jussit, vi cujus ipsi æque, ac
 ceteri omnes ejus subditi indicta bono-
 rum proscriptione domicilium extra Re-
 gnum figere prohibebantur. His plu-
 ribusque aliis edictis Rex Nanetensi e-
 dicto, quod Calvinistæ seditiosis armis
 extorserant, revocando sensim prælusit.

Cc 3

§. CXLIII.

Sæc. XVII.
 A. C. 1669.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CXLIII.

Colloquium in Anglia inter Episcopales & Presbyterianos.

*Rapin Thoy-
ras Hist.
d' Angl. l. 23.
Salmon Hist.
Chron. t. 1.*

Quamvis Carolus II. Angliæ Rex Patris sui exemplo territus, Religionem Catholicam profiteri non auderet, clam tamen Catholicis favere non destitit, atque ea ex causa Presbyterianos cum Ecclesiæ Anglicanæ sectatoribus uniri, & *Non-Conformistas* impune tolerari voluit, proinde etiam Catholicos, qui sub generali *Non-Conformistarum* nomine comprehendebantur. Id haud obscure subodorati inferioris Curiae Senatores vigesima nona Maij die anni prioris Regem urgebant, ut inhiheret, ne Catholicis & illi, qui se Ecclesiæ Anglicanæ ritibus non conformarunt, conventus, congregationes, aut colloquia haberent: Horum importunitati Rescedere coactus hoc anno die quinta Augusti edictum promulgabat, questus Non-Conformistarum temeritate, qui magno numero convenire auderent, quidam eo tempore, quo de opportunis cunctos Protestantes uniendo mediis ageretur: Quoniam vero Proceres & Episcopales Regis mentem sibi inspectam haberent, circa religionum

diffidia haud dissimulanter conventus ^{Sæc. XVII.}
habebant, atque inter eos præcipue ^{A. C. 1669.}

Orlandus Bridgemanus Regii Sigilli
Custos Mantonum & Baxterum Pres- ^{Calmet l. c.}
byterianos Prædicantes accersiri iussit, ^{lib. 156.}

eis significans, quod circa Religionis
negotium cum ipsis conferre exoptaret,
simulque media proponere vellet, qui-
bus tam ipsi, quam Independentes ce-
terique Non-Conformistæ tandem Ec-
clesiæ Anglicanæ aggregari possent.
Hi ergo cum duobus Episcopaliū
Theologis Wilckio & Bursono plura
habuere colloquia, in quibus exiguo
admodum tempore inter eos conven-
tum est. I. Ut abolito decreto, quo
in ejusmodi colloquio in Sabaudia circa
annum hujus sæculi sexagesimum pri-
mum habito Prædicantes Presbyteria-
nos denuo ordinandos esse decerneba-
tur, deinceps ad Ecclesiæ Anglicanæ
ministerium duntaxat sub hac formula
admittantur: *Recipe legitimam Dei Ver-
bum prædicandi, & in quocunque conventu,
quo legitime vocaberis, Sacramenta admi-
nistrandi auctoritatem.* II. Quod ritus
observare vel non, integrum cuilibet
sit, imo & Ecclesiæ Anglicanæ Litur-
gia variis in locis corrigatur. III. To-
lerandi sint, qui hætenus sese huic
concordiæ conformare renuerunt. IV.
Denique pro Regiminis securitate, om-

Sæc. XVII. nium Prædicantium, omniumque
A. C. 1669. veras sectas profitentium nomina de-
 scribantur. Verum huic conventui
 acriter sese opponebat Parlamentum
 utpote quod Catholicos & Non-Con-
 formistas tolerare constanter renuit.
 Cantuariensis quoque Pseudo-Archie-
 piscopus datis literis, omnibus suis
 Episcopis præcepit, ut in eos inquie-
 rant, qui conventus cogerent: nec his
 contentus, ab ipso etiam Rege petiit
 ut edicta confirmaret, quibus eju-
 modi conventicula habere, & Non-Con-
 formistas cuidam societati aggregare
 prohibitum: Horum igitur artibus ma-
 ditata hæc concordia tunc in irritum
 cecidit.

§. CXLIV.

*Juramentum a Scotiæ Parlamento
 cunctis incolis impositum.*

*Vid. infra
 ad An. 1680.*

Sub idem tempus Parlamentum in Sco-
 tia conventum habuit, in quo ru-
 sus quæstio agitabatur, an Episcopatus
 in hoc Regno restitueretur: Obstant
 tum Lauterdalius Dux, qui ad omne
 auram flexibilis, primo Presbyteriano-
 rum fautor, postea juratus Regiæ
 dignitatis hostis, ac demum Carolo
 Rege in Regnum revocato fidelissimus
 ejus Minister, regique consilii execu-

tor, simulque acerrimus Presbyteria-^{Sæc. XVII.}
 norum inimicus evasit. His artibus, A. C. 1669.
 suaeque qua pollebat, auctoritate facile
 persuasit, Angliam & Scotiam ita reu-
 niri, ut vetus Ecclesiae disciplina sem-
 per farta servaretur, atque Episcopis
 & Archiepiscopis omnia sua jura om-
 nino intacta permanerent: insuper sua
 facundia non modo, ut Episcopatus in
 Scotia restaurandus decerneretur, ef-
 fecit, sed insuper, ut Regi supremam
 tam in profanis quam sacris auctori-
 tatem sensim attribueret, Parlamentum
 eo adduxit, ut die vigesima quinta
 Novembris supremam Regiae dignitatis
 potestatem longe amplius, quam un-
 quam, extenderet, imposito sequenti
 juramento.

„Ego N. N. solemni hoc Jurejuran-
 „do affirmo coram Deo æterno, quem
 „pro iudice ac teste sinceræ meæ in-
 „tentionis, in Juramento hoc præstan-
 „do, invoco, me credere, atque ex
 „corde profiteri veram religionem pro-
 „testanticam contentam in confessione
 „illa fidei, quæ in acta publica relata
 „exstat, & quod existimem illam scripto
 „Dei verbo inniti, eique esse confor-
 „mem; & ego promitto ac juro, me ei-
 „dem omnibus vitæ meæ diebus adhæ-
 „surum, conaturumque, ut in ea liberos
 „meos enutriam; nec me unquam con-

Sæc. XVII. „sensurum ulli mutationi aut altera-
A.C. 1669. „tioni ei repugnanti. Et quod reji-
 „ciam & abnegem omnes istiusmodi
 „opiniones, doctrinas ac praxes sive
 „papisticas, sive fanaticas, quæ aut
 „contrariæ, aut minus conformes sunt
 „dictæ religioni protestanticæ, ac fidei
 „confessioni, utque testatam faciam fi-
 „dem a me debitam Clementissimo Regi
 „meo Carolo secundo, hoc solemni
 „meo juramento assero ac juro, quod
 „dictus Rex sit supremus hujus Regni
 „Gubernator supra omnes personas, &
 „in omnibus causis, tam Ecclesiasticis
 „quam civilibus, quodque nullus
 „extraneus Princeps, Persona, Papa,
 „Prælatus, Status, aut potestas, aut
 „alius quicunque aut habeat, aut jure
 „habere possit ullam jurisdictionem,
 „imperium, superioritatem, Præemi-
 „nentiam, aut Authoritatem Ecclesi-
 „asticam, aut civilem intra hoc regnum;
 „ideoque prorsus abnego ac relinquo
 „omnes extraneas jurisdictiones, po-
 „testates, superioritates ac Authorita-
 „tes, sancteque promitto, me dehinc
 „fidem, veramque fidelitatem dicto
 „Regi, ejusque hæredibus, ac legiti-
 „mis successoribus præstiturum; quan-
 „tumque in me est, me defensurum ac
 „propugnaturum omnia jura, ac juris-
 „dictiones, prærogativas, privilegia,
 „præ-

„præminentias, ac Authoritates ad Sæc. XVII.
„dictum Regem, hæredes, ac succes- A. C. 1669.
„fores ejus legitimos pertinentia. Præ-
„terea hoc solemnī meo juramento af-
„firmo ac juro, quod judicem omnino
„nefas & illicitum, subditis sub præ-
„textu Religionis, vel alio quovis, fœ-
„dera aut ligas inire, aut convocare
„vel convenire in ullis conciliis, con-
„ventionibus, vel cætibus ad tractan-
„dum, consultandum vel decernendum
„de ullis rebus statum sive civilem sive
„Ecclesiasticum spectantibus, sine spe-
„ciali Regiæ Majestatis jussu, licentia-
„que ejus expresse ad id concessa. Aut
„denique arma levare adversus dictum
„Regem aliosve Authoritatem ab eo
„habentes. Et quod nunquam ita arma
„assumam aut ejusmodi fœdera, aut
„cætus inibo. Quodque nulla incum-
„bat mihi obligatio vi ac virtute fœde-
„ris aut Nationalis, aut illius, quæ
„liga solennis dicitur, aut ex alia qua-
„cunque caussa attentare mutationem,
„vel alterationem ullam in Regimine
„aut civili aut Ecclesiastico, prout ho-
„die legibus Regni stabilitum est. Et
„ego promitto ac juro, me totis meis
„viribus defensurum ac propugnatu-
„rum dictam Regiæ Majestatis juris-
„dictionem, contra omnes mortales,
„ejusque potestatem ac jurisdictionem
„me

Sæc. XVII. „me nunquam declinaturum. Ita mihi
A. C. 1669. „Deus sit propitius. Ac denique affe-

„mo ac juro me juramentum hoc fo-
 „lemne jurare in plano ac genuino ve-
 „borum sensu absque ulla æquivoca-
 „tione, mentali reservatione, aut alia
 „quavis evasione. Quodque nunquam
 „accepturus sim dispensationem ali-
 „quam ab ulla creatura, cave usurus
 „Ita me Deus juvet, &c.

Jam ipse Henricus VIII. jurame-
 tum, quod *Suprematus* vocabatur, im-
 posuerat, quo Rex supremam in Poli-
 tics & sacris potestatem sibi addico-
 bat: aliud erat postea juramentum *fide-
 litatis*, quo Jacobus sibi fidem promissi
 jussit, ejurata Pontificis potestate in
 Reges: præter hæc duo juramenta Sco-
 ticum hoc, quod cum Anglico, excepta
 diserta Transsubstantiationis ejuratione
 convenit, omne Catholicæ fidei velle-
 gium delet, Episcopatum in tuto co-
 locat, ac plenam Ecclesiæ gubernatio-
 nem Regi ceu supremo Ecclesiæ Ca-
 piti addicit: Verum inde tam in An-
 glia quam Scotia graves oriebantur
 motus; Theologi enim & Nobiles hoc
 juramentum sibi imponi posse, possi-
 simum eo ex capite negabant, eoquod
 in fidei suæ confessione Sectione V. sac-
 citum esset, *Christum adeo solum Ecclesiæ
 Caput esse habendum & Legislatorem*, ut
 quidam

*quidem absque blasphemia iste honor aut Sæc. XVII.
titulus Angelo aut homini dari nequeat. A. C. 1669.*

Præterea hoc juramento omnia alia
fœdera violari, querebantur, seque ob-
stringi dolebant, non obstituros muta-
tionibus in Regno aut Ecclesia: jam
aliunde, inquiebant ipsi, Regi tradita
sunt omnia Ecclesiæ jura, quid tum
futurum foret, si is ad Papismum re-
verteretur, suaque potestate ad Prote-
stanticæ Religionis suppressionem ute-
retur? Nihilominus Episcopales nihil
non agebant, ut hujus juramenti æqui-
tatem comprobarent, illudque inter il-
los Edinensis Episcopus prolixo sermone,
succinctius vero Aberdonensis Præsul
his verbis explicabat: „Regem quidem
„vi hujus juramenti agnoscendum esse
„ut Ecclesiæ Caput, sic tamen, ut in-
„trinseca & immutabilis Ecclesiæ Po-
„testas, quæ sita est in usu clavium, mi-
„nisterio verbi, administratione sacra-
„mentorum, exercitio disciplinæ &c.
„immediate derivetur a Christo, nec
„Rex immutandi pro placito Regimi-
„nis Ecclesiastici jus habeat. Adjun-
„gebat, hoc juramento prohiberi con-
„ventus, non pios, sed seditiosos, nec
„sancta pro Ecclesiæ reformatæ bono
„studia, sed arma & seditiones dam-
„nari, ac denique verba juramenti esse
„intelligenda, ut legitimæ exceptioni
„non

Sæc. XVII. „non contradicant „ Prævalere
 A.C. 1669. tur Episcopales, omnesque, qui hoc
 juramentum præstare recusabant, tur
 quam schismatici, publicæ quietis per-
 turbatores, & vix non læsæ Majestatis
 rei habebantur: imo & Middlesexien-
 conjurati in eos, qui Anglicum jura-
 mentum præstare recusarunt, omni le-
 veritate læviendi licentiam petierunt
 Catholicos opprimendi occasionem
 de aucupantes: quapropter tam in-
 ferrima erat hujus Ecclesiæ conditio
 animis in diversa studia scissis & o-
 inter partes indies magis magisque
 invalescentibus. Verum hæc malis
 semper illis impendent Ecclesiis,
 quibus, qui potentia prævalent, mu-
 tata temporis vicissitudine religionem
 sicut tempore æstatis & hyemis velis
 mutandi libertatem sibi arrogant,
 in privatæ suæ opinionis subsidium
 S. Literas pro arbitrio suo detorquent.

§ CXLV.

Intestini tumultus in Hispania.

Wagner l. 3.
 pag. 235.
 Briet An-
 nal. cont.
 Relat. des
 diff. entre
 Jean &
 Nithard.

Hoc item anno Hispania non modo
 per Aquisgranensem pacem in
 bello magis perniciosam afflicta, sed et
 tiam intestinis tumultibus agitata
 statum miseratione dignum relige-
 tur; periculosa præprimis inter Reges
 Proc-

Procere factio in Aula grassabatur; sæc. XVII.
A. C. 1669.
 cum enim Maria Anna Regina pro Filio suo Carolo II. puero quinquenni tutricis nomine Regnum administraret, in curæ levamen advocabat P. Joannem Everardum Nitardum Jesuitam, quem a sacris confessionibus habebat, ejusque consiliis & opera in omnibus Regni negotiis utebatur: nec his contenta, eundem Jesuitam, ut tam in Ecclesiasticis quam profanis supremam haberet auctoritatem, primo Generalem Inquisitionis Rectorem constituit. ac postea ad præcipuam totius Regni administrationem solum admovit: Tantam unius Jesuitæ potentiam lividis oculis aspiciebant Regni Procere, ac præcipue Joannes Austriacus Nothus Philippus IV. Filius; haud obscuræ primo plurimorum indignationes & murmura exaudiebantur, paulopost etiam ad publicam seditionem & tumultum res excessit: Ut ergo Regina graviori malo tempestive remedium opponeret, Joannem Austriacum, qui factionis caput erat, amovere statuit, hancque in rem eundem auro & milite instructum ad Belgii gubernationem emisit. Is vero hanc provinciam, quam nonnisi se Regno amovendi animo sibi collatam noverat, acceptare recusavit, Confluegram in exilium suum reversus: qua-

Sæc. XVII. quapropter Regina in rabiem accensa
 A.C. 1669. stigante Nitardo, illum in carcere
 conjici jussit, quo comperto Joannes
 fuga Barcinonem evasit, indeque liti-
 ras ad Reginam dedit, in quibus eiden-
 sinistram Regni administrationem, &
 populi oppressiones asperrimis verbis
 exprobrabat: tempestive autem Borro-
 mæus summi Pontificis Nuntius Cle-
 mentem de periculo admonuit, quide-
 tis ad Reginam & Austriacum litem
 rem componere sategit. Igitur Regni
 turbarum in Galliis ob immodicam
 nistrorum potentiam exortarum ha-
 immemor, cum civile bellum per-
 mesceret, tandem suadente Cardine
 de Arragonia, & Sedis Apostolicæ Ne-
 tio Borromæo consensit, ut Nitardo
 Aula & Regno exularet, cujus
 dolorem ut leviret Regina, nec ple-
 tumultuantium vobis cellisse videretur
 omnem movit lapidem, ut suis cives
 tertio post anno a Clemente X. Edel-
 Archiepiscopi in Syria titulo, & po-
 modum Romana Purpura decoratus
 saltem Orator Hispaniæ negotia Romæ
 procuraret. Vicissim vero Joannes
 Arragonici Regni Præfecturam, nec
 non vicariam omnium, quæ in singulis
 Provinciis olim ad coronam spectabant
 pleno jure administrationem obtinuit

§. CXLVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.*Judæi Vienna atque ex Austria
proscripti.*

Tot criminibus ubique terrarum fœ- *Wagner hist.*
dissima Judæorum fex hoc sæculo *Leop. I.*
infamis erat, ut Christianorum vin- *p. 23. l. 3.*
dictam ipsimet provocare viderentur;
Anno enim hujus sæculi sexagesimo
tertio Cracoviæ quidam Judæus, de
sua secta cum quodam P. Dominicano
disputaturus, tam horrendas contra
Christi Divinitatem blasphemias voce
& scripto evomuerat, ut Academici
ad ultionem incitati Judæorum ædibus
expilatis quosdam vulnerarent, alios
trucidarent; sequenti autem anno Gan-
davi Judæus quidam creditorem suum
facto solutionis promisso in ædes suas
pellectum, ejusque uxorem, prolem &
ancillam interfecit, promerito supplicio
affectus: Eorum quoque Synagogam
Halberstadiensis Magistratus solo æ-
quari jussit, eoquod Judæus quidam
blasphemias in Christum Dominum ef-
futiisset: Tot aliis Magiæ, superstitio-
nis, infanticidii, usurarum, & lurti
sceleribus erant contaminati, ut de peste
hac ex Europa eliminanda ubique age-
retur: ante biennium quoque Judæo-
rum Coriphæus nomine Hirichall Vien-
Hist. Eccles. Tom. LXIII. *Ud* *næ*

Sæc. XVII. næ originarios contributionum libros
 A.C. 1669 igne exussit, novisque substitutis in-
 gens Cæsari damnum intulit, quapropter cum aliis nequitiae suæ sociis, dum
 fugam meditatur, comprehensus, boni
 ærario addictis proscriptus est: annus
 autem prior Clemens IX. Papa severo
 admodum edicto cunctos Judæos, pa-
 cis exceptis, Roma expulit: hoc de-
 mum anno Raphael Levi Judæorum ne-
 quissimus die vigesima quinta Septem-
 bris prope Pagum Glatignii in Metensi
 Episcopatu infantem triennem suffo-
 catus in frustra concidit, ejusque caput
 unacum vestibis in proxima Sylva fo-
 fodit, quocirca vivus flammis absum-
 ptus, sparsis in aerem cineribus, anno
 sequenti die decima sexta Januarii, in
 inhumanitatis poenas dedit, Metensi
 vero Curia Regem rogabat, ut cunctos
 Judæos ex urbe & ditione Metensi, et
 toque Regno exulare juberet, eo quod
 horrendis criminibus, usuris, illicitis
 que negotiationibus subditos exsugerent,
 pravoque exemplo mores depravarent.
 Easdem ferme ob causas Austriae Co-
 dines, atque præprimis Comes Colo-
 nitius Neostadiensis Episcopus sollicitus
 tante suo Fratre Innocentio a S. Leo-
 poldo ex Carmelitarum Excalceatorum
 Ordine Electo Episcopo Bombaiensi, Je-
 dæorum exilium sæpius promoveret.

tentabat, incassum tamen semper, do- Sæc. XVII.
 nec id Margaritha Imperatrix multis A. C. 1669.
 precibus apud Cæsarem Maritum suum
 tandem impetraret; arguebantur enim
 de crebra cum Turcis collusione, & de-
 detecta sæpius claris inditiis proditione,
 quorum tamen scelerum pœnam semper
 multo auro redemerunt: postquam vero
 deprehensum, quod non raro infantes
 suffurati sint, aut ab egenis Matribus
 eos emerint, Leopoldus Cæsar Mense
 Julio edictum promulgari iussit, vi cuius
 intra quindecim dierum spatium mille
 quadraginta Judæorum familiæ urbe
 excedere jubebantur, anni autem se-
 quentis Mense Februario una omnes
 perpetuo mulctabantur exilio, & præ-
 fixo emigrationis termino Vigilia Cor-
 poris Christi, eorum ædes civibus ac
 præcipue opificibus venales exponeban-
 tur: intellecta hac sententia Judæi pa-
 tronos, eosque potentissimos sibi con-
 ciliant, immanem pecuniarum vim re-
 præsentant, fidem rebellionis tempore
 servatam, atque ingruentibus bellis col-
 lata pecuniarum subsidia, aliaque Ar-
 chiducibus per sesqui sæculum præstita
 exaggerant obsequia; se exclusis rerum
 pretia a Christianis augeri præfagiunt,
 atque in omnem se pœnam devovent,
 modo exilium condonetur perpetuum.
 Verum frustra erant eorum preces, mu-
 nera,

Dd 2

nera,

Sæc. XVII. nera, & promissa: præstituta enim de
 A. C. 1669. una omnes solum vertere iussi, & die
 duodecima Augusti Viennensis Episcopus, qui eorum examini tanquam Cæsaris Legatus intererat, publica in Cognitione exilii causas detexit, quarum præcipuæ erant, quod multi Christiani ab illis aut rixa aut insidiis cæsi, prima ab eis furta perpetrata, Suedi Turcæ sub Judæorum habitu temporis belli in urbem introducti, literæ eorum interceptæ fuerint, quibus Viennæ Germaniæ statum hostibus perscripserint, lenones egerint, parvulos rapuerint &c. Igitur Judæi Mense Septembri ex omnibus quoque hæreditariis domibus proscripti turmatim in Venerum ac Turcarum ditones emigrarunt. Suburbium vero, quod incolebant, hac sece expurgatum, posthac Leopoldini nomen accepit, binæ autem Synagogæ antea occlusæ sedilibus confectis fractis combustisque funditus everte sunt, earumque una in facellam S. Margarethæ conversa est, altera vero decima octava Augusti in Dei honorem & D. Leopoldi Marchionis memoriam erecta, quam Episcopus Viennensis sacro Catholico consecravit, & Leopoldus Imperator primum posuit lapidem.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CXLVII.

Continuata Cretensis Urbis obsidio.

Interea Turcæ Candiam incredibili tormentorum copia maximoque apparatu arctius cingebant, inter ipsas autem obsessæ urbis ruinas crescebat Venetorum animositas: proximi etiam auxilii spes laboris tolerantiam, & mortis periculi contempnum ingerebat: Certabant enim Germaniæ Principes laboranti Reipublicæ opem ferre, atque inter eos Franciæ Rex ductore Francisco Vindocinensi Duce Belfortio septem peditum millia & quingentos Equites, necnon Bavarix Elector summi Pontificis hortatione, & Brunsvicensium Ducum exemplo animatus, mille pedites, Fürstenbergius Argentinenfis Episcopus quadringentos, Etruriæ Dux centum quinquaginta & totidem Mantuanus & Bellofontius Marefcallus duo peditum millia in Cretam destinarunt; multi etiam alii Principes partim pecunias, partim pulveris pyrii dolia Venetis submisere. Vix Thaddæus Morosinus triginta tria navigia Germano milite, bellicoque apparatu instructa advexerat, cum illico Ahmet Vezirius per amplam murorum ruinam in propugnaculum Sanandreanum penetra-

Briet. conf.
ann.
Nani Hist.
Ven. l. II.

Dd 3

netra-

Sæc. XVII. netrare molitur, ast a Melitenis

A. C. 1669. strenue repulsus, pedem referre cogitur;

maiores adhuc cladem Turcæ crebro
passi sunt ab incensis cuniculis, quo-
rum impetu alii in aera, alii in foveas
quamplurimi in mare & ignem rapti
periere: Ita in mutuas cædes a prin-
cipio hujus anni usque ad Mensis Ju-
nium fervebant dimicantium studi-
iteratisque velitationibus, & crebris
assaltibus integri utrinque ordines con-
cidebant: Die decima nona ejusdem
Mensis Belfortius cum sex peditum mi-
libus & sexcentis Equitibus, (ceteri
morbo varioque fato extinctis aut
arma ineptis) in Candiam ingenti
bis gaudio appulsus est, quem paulo post
Julius Rospilosus Papæ Nepos cum
Pontificiis Hispanisque triremibus seque-
batur est. Habebatur illico belli Senatus
in quo Venetorum, aliorumque Bel-
licarum sententia eo abibat, ut inter
hostis continuas velitationibus lace-
retur: Galli e contrario censebant, ve-
lidis eruptionibus hostium castra, ag-
res, tormentorumque suggestus esse
vertendos, Turcasque longius ab urbe
pellendos: Displicuit ceteris omnibus
hoc consilium, nihilominus tamen Gal-
lorum moræ impatientes, sibi que solis victo-
riæ gloriam vindicare intenti, cum
vix triduum sese ex itinere collegissent

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

suos in duo agmina dividunt, & nocte, quæ vigesimam quintam Junii præcefferat, ductoribus Bellfortio & Navellio e Sabionarano propugnaculo erumpunt: ast nondum dispulso noctis opaco unum agmen in alterum, quod hostile reputabant, irruit, & Galli in Gallos mutua cæde desævissent, nisi aurora purpureo radio sensim magis magisque crebescens errorem detexisset. Tum vero junctis viribus vicinas hostium stationes adorti, Turcas mæniis propulsant, obvios quosque prosternunt, aggeribusque, quos barbari ad sui tutelam erexerant, solo æquatis tormentorum suggestus, ad colles aufugientibus barbaris, occupant: sed dum aucta vincendi aviditate acrius insistant, inopino casu quædam nitrati pulveris doliola ignem concepere, quorum impetu triginta circiter milites interfecti, ceteri vero humum suffosis cuniculis excutiendam suspicati, tanto obruti sunt terrore, ut solutis ordinibus, armisque indecore abjectis Eques, pedesque confusi neglecto ducum imperio pedem referrent, Navellius quoque, qui altera ex parte Turcarum agmen prostraverat, fugitivos retinere adeo non intentus erat, ut & ipse cum suis ingens spatium fuga emetiretur: quo animadverso Turcæ e colle descendentes

Dd 4 rece-

Sæc. XVII. receptis animis tam presse fugientium
 A.C. 1669. tergis inhæserunt, ut pene inermes ac
 timore exanimis Gallos non tam ex-
 pugnare, quam in aggerum ruinis se-
 pelire viderentur, captis nonnisi de-
 cem, cæsis vero plusquam mille du-
 centis, ipsoque Bellfortio eorum
 Duce: Tum vero, quod in adversis
 inopinisque casibus fieri amat, alius
 alium & præcipue Montbrunus Marchio
 in Navellium Ducem culpam referebat,
 cum omnes verius de proprii iudicii
 pertinacia, & alienæ gloriæ invidia
 queri debuissent. Enimvero Navellium
 ceterique Duces hanc cladem generali
 eruptione reparare decreverant, hanc
 que in rem habito belli Senatu Gallos
 milites ceterarum Nationum legionibus
 quibus loci situs, Turcasque debellandi
 modus magis erat exploratus, immiscue-
 runt: Gallis autem metu adhuc tre-
 pentibus, nonnisi levibus, crebris tri-
 men eruptionibus hostem laceffere, con-
 sultius videbatur: Jamjam prospero
 successu sæpius Germani Italique una
 cum Gallis ex propugnaculo sancti An-
 dreæ erupere, opportune etiam Julius
 Rospilioso Architalasso advenerat classis
 Pontificia recenti milite instructa, quæ
 in hostium castra horrendam globorum
 tempestatem detonuit: in opem quoque
 excurrere jubentur centum aliæ naves
 cum

cum quinquaginta triremibus Gallis, Sæc. XVII.
 quæ in Standia otiose in anchoris hæ- A. C. 1669.
 rebant; verum Galli vel incendio, quo

utraq; Franciæ Prætoria unacum
 Pontificia absumebatur, territi, vel me-
 lioris fortunæ desperatione adacti in pa-
 triam reduci petebant, suamque missio-
 nem importunis lamentis & minis ur-
 gebant: Incassum rogantur, ut ad novi
 auxilii adventum per Mensem Septem-
 brem vel in urbe vel in portu subsiste-
 rent, ut si urbem vix non in suis ruinis
 subidentem dedendi necessitas esset,
 saltem magis honestæ deditiois leges
 sperari possent. Verum ipsum Navel-
 lium Ducem nec indignabundi Regis
 timor, nec ignominie metus, nec va-
 lidioris opis spes, nec quæcunque aliæ
 etiam validissimæ rationes a concepto
 in patriam remeandi proposito avertere
 poterant: Ipse quidem Jacobus Conta-
 rinus Candie Dux convocato Clero &
 populo, unacum infantibus & mulie-
 ribus ad Navellii ædes se contulit, at-
 que inter lacrimas, singultus & ulula-
 tus per omnia sancta & sacra eum ro-
 gavit, ne tot Ecclesias, Altaria, Mar-
 tyrum ossa, Nobilium ac Belliducum
 cadavera, sexum imbellem, & tene-
 ram innocentium ætatem Turcarum
 prædæ, furori, ac libidini exponere
 vellet. Incassum tamen omnia; Dux

D d 5

enim

Sæc. XVII. enim die decima sexta Augusti suos ne
A. C. 1669. vibus impositos Staudiam conduxit,
urbemque ad incitas redactam, & non
nisi sex præfidiariorum millibus mun-
tam reliquit.

§. CXLVIII.

Candia Turcis dedita.

*Nani l. c.
Tuld. Hist.
decen. l. 2.*

Comperto Gallorum discessu Vezir
collecto omni ferme exercitu
utrumque propugnaculum aggressionem
fecit, tanta tamen strage repulso
sui horrendo interfectorum aspectu ter-
riti, nec minis nec promissis ad po-
gnam revocari possent: interim ven-
Mirandulæ Dux die vigesima prima Au-
gusti cum triginta navigiis pecunias
bellicumque omnis generis apparatus
adduxerat, unacum mille armatis, quo-
rum tamen potissimi rei militaris igna-
aut morbis, itinerisque maritimi calu-
mitatibus pene confecti, potius in ur-
bis excidio socii, quam in ejus præ-
dio auxiliores esse poterant: nihilo-
minus Veneti novissimo conatu iterum
Turcarum insultus per aliquot hebdoma-
des sustinent, vicissim vero Turca
novo impetu propugnaculum S. An-
dreæ infestant, & numero longe supe-
riores transcendunt: fugiunt Itali, im-
moti persistunt Germani, & ductore
Ræ-

Ræsfeldio, qui defuncto Comiti de Sæc. XVII.
Waldek successerat, rursus hostem post A. C. 1669.
quatuor horarum certamen propellunt:

Verum paulopost Melitensium legio, necnon Germani, omnesque exteri aut missionem extorsere, aut saltem concedi exoptarunt: cum ergo Turcarum numerus indies cresceret, eorumque insultus majori semper rabie recrudescerent, Urbsque aggeribus, muris, ædibus, & præsidiariis nudata vix paucos adhuc dies resistendo par esset, Veneti miserrimam Urbis conditionem Rospi-
lioso exposuere, supplices, ut tempestive trium duntaxat armatorum milium suppetias procuraret, pollicitatione facta, se Candiam usque ad hyemem strenue propugnatu-
ros. Eo autem virium impotentiam causante, Belliduces Veneti pretiosiora quæque, ac juvenes armis ineptos Standiam versus deportari curarunt, moxque navigium cum candido vexillo, deditio-
nis offerendæ signo, necnon aliud die trigesima Augusti ad Turcarum castra protrudere, de pace cum Vezirio acturi.
Sequenti die ejusdem coloris vexillum urbis præsidiarii explicarunt, moxque aliud hostis opposuit: Conveniunt igitur utrinque plena agendi potestate muniti Belliduces, ac multis ultro citroque disceptatis, tandem die sexta
Septem-

Sæc. XVII. Septembris communi omnium voto in
A. C. 1669. has deditionis leges conventum est

I. Candia cum triginta belli tormentis
& certa farinæ quantitate dedatur,
II. mutux prætensionibus cessent, III.
tam in hoc Regno quam in Dalmatia
& Albania hucusque occupata utrique
parti maneant, & quidem Venetis
Clissia cum annexis, Suda, Spina lon-
ga, & Carabusa unacum dominio ma-
ris remaneat. IV. Turcæ annum octo
decim millium Coronatorum ex Græcis
Archipelagi Insulis tributum haud ultra
exigant. V. Aboleatur trium aut
millionum honorarium, quod promissum
veteri, quoties alterutra pars iniuri-
pacta, Sultano Respublica porrexit.
VI. Concedatur denique duodecim die-
rum spatium, intra quod incolæ & præ-
sidiarii res suas convasare & in Suda-
diam transferre possint. Hanc tamen
pacem paulopost Turcæ pro more suo
violarunt, ac profanato PP. Franciscanorum
Templo post trimestre, omnium
mercium e portu Sudano exeuntium
vel intrantium vectigal extorsere. Hæc
tandem bello ad viginti annos protrahitur
finis imponebatur, dedita Candia, quæ
per viginti octo Menses a Turcis oc-
cupata est. Periere militum Christiano-
rum viginti novem millia & octingenti
octo, Turcarum vero septuaginta
millia

millia præter triginta octo rusticorum, Sæc. XVII.
& captivorum millia, qui in suffodiendis cuniculis, A. C. 1669.
aperiendis aggeribus, & tumulis excitandis operam præstare
coacti sunt. Insumpsit denique Respublica in triennali hac obsidione Ducatorum
milliones quatuor & amplius, iis expensis non computatis, quibus omnis
generis apparatus fuere comparati: Ita nempe aurum, ferrum & ignis
extremas vires ad murorum ruinam & hominum excidium in unius
urbis oppugnatione impendit.

§. CXLIX.

*Beatus Petrus de Alcantara & B.
Maria Magdalena de Pazzis a Cle-
mente IX. Sanctorum Albo
adscripti.*

Præcesserat Candide jacturam ingens
festivitas ac Christiani Orbis lætitia, dum Clemens IX. Papa Romæ Beatum Petrum de Alcantara Ordinis Minorum sancti Francisci Discalceatorum, necnon Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis Ord. Carmelitarum Sanctorum honoribus esse colendos, solemni ritu declarabat. Beati Petri diploma Apostolicum Clemens IX. morte præventus expedire haud poterat, illud tamen ejusdem Successor Clemens X.
die

*Bull. magn.
Clem. X.
Const. I.*

Sæc. XVII. die undecima Maij anno sequenti sup-
A. C. 1669. plevit, narravitque, quod ad Principum

Catholicorum ac præsertim Caroli II. Regis Catholici preces die decima octava Martii hujus Beati causa sacro Purpuratorum Senatui proposita fuerit, omniumque judicio decisum, quod in ponderatis, atque approbatis ejusdem virtutibus & prodigiis Sanctorum Albo esset adscribendus, quod & in Basilica Vaticana die vigesima octava Aprilis solemnè pompa peractum est. Festivitas hujus sancti, quem S. Theresia cet absens, eodem, quo decessit, momento recto tramite ad æternam felicitatem delatum viderat, Clemens IX. Papæ jussu celebratur die decima Octobris.

Ejusdem publici honoris Socia erat Beata Maria Magdalena de Pazzis Carmelitana Sanctimonialis, quæ Florentiæ nobilissimis Parentibus orta omni virtutum genere in vita claruit, atque innumeris pene miraculis, necnon corporis integritate ad hanc usque diem conservata illustris, ab Urbano VIII. Beatis, a Clemente autem nono hoc anno vigesima octava Aprilis die Sanctis adscripta est. Edidit Regulas duodecim a Christo sibi traditas, documenta de Monasticis exercitiis & virtutibus, revelationes, & Apophtegmata seu

axiomata. Indulfit Clemens X. anno Sæc. XVII. sequenti die undecima Augusti plenam A. C. 1669. peccatorum remissionem cunctis fidelibus, qui aliquam hujus Ordinis Ecclesiam peractis solitis precibus in festiva ejusdem Sanctæ Virginis die visiterint.

§. CL.

Ludovici de Vandome Cardinalis obitus.

Hunc annum vitæ suæ exitialem habuit Ludovicus de Vandome ex ^{Eggs suppl.} Regia Borboniorum familia ortus. Hic ^{Purp. doct.} uxore sua orbatus, Clericum induit, atque ad Ludovici XIV. Galliarum Regis preces ab Alexandro VII. Cardinalibus Diaconis adscriptus, Romam venit, iisque Sacris Comitiis, in quibus Clemens IX. ad Petri Cathedram assumebatur, interfuit, postmodum Roma in Galliam Apostolicus *Legatus a latere* decretus, vix exacto in Purpura biennio non sine veneni propinati suspicione Parisiis die sexta Augusti in viridi adhuc ac constanti ætate decessit, meliore fato dignissimus. ^{pag. 604.}

§. CLI.

Joannis Stephani Donghii Cardinalis extrema.

Hunc

Sæc. XVII.
A.C. 1669.

*Ciacon. in
vita Ur-
ban. VIII.*

Hunc paulopost eadem mortis necessitate sequebatur Joannes Stephanus Donghius patria Genuensis, qui humioribus ac Philosophicis disciplinis in patria sua institutus, Bononiæ in Italia, & Salmanticæ in Hispania juris prudentiæ operam dedit, inde Laureatus Romam contendens, profunda suæ eruditione, atque inconcussa mentis integritate omnium oculos animosque in se solum convertit; quocirca Urbanus VIII. tanti Viri fama permotus eum Protonotarium, Cameræ Apostolicæ Clericum, ac denique Cardinalem renuntiavit. Nec otiose Donghius purpuram gesserat; quippe ad foederatæ Italiæ Principes Legatus plena ageret facultate instructus, pacem cum maximo Christianæ Reipublicæ emolumento feliciter confecit: Postea Ferrariensis, & Ravennatensis Provinciæ Legatus a latere non tam auctoritate profuit, quam beneficiis profuit, ubique maximum sui desiderium ob res bene gestas relinquens. Rexerat etiam Episcopus diversis temporibus Adjacentem in Corsica, Imolensem in Æmia, & Ferrariensem Ecclesiam in Italia: tandem vero expletis omnibus boni Pastoris partibus hoc anno die vigesima Novembris æternam laboris sui mercedem recepit.

S. C. L.

§. CLII.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.*Novem Cardinales a Clem. IX.
inaugurati.*

Idem summus Pontifex Clemens IX. *Clacon. t. 4.*
 die quinta Augusti Emanuele Theod. *vita*
 dosium Bullonium Presbyterum Ro- *Clem. IX.*
 mana Purpura decoravit, adjecto titulo
 S. Laurentii in pane & Perna. Præter
 hunc alios octo die vigesima nona No-
 vembris Purpuratorum Senatui ad-
 scripsit, & quidem sex Presbyteros, &
 duos Diaconos. Horum primus erat Lu-
 dovicus Emanuel Fernandez Portocar-
 rerus ratione Hispanus, II. Franciscus
 Nerlius patria Florentinus, ibidem Ar-
 chiepiscopus, ac titulo S. Matthæi in
 Meralana insignitus. III. Æmilius
 Altierius, postea Pontifex sub nomine
 Clementis X. IV. Carolus Cerrus Fer-
 rariensis Episcopus. V. Lazarus Pal-
 lavicinus patria Genuensis. VI. Joan-
 nes Bona Ordinis Cisterciensis. VII.
 Nicolaus Acciajulus patria Florentinus.
 VIII. Bonaccursius de Bonaccursiis
 tit. S. Mariæ de Scala.

§. CLIII.

*Quædam ejusdem summi Pontificis
Constitutiones.**Hist. Eccles. Tom. LXIII. E e Hoc*

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

Bull. magna.
Const. Clementis IX.

Hoc item anno summus Pontifex quidam edidit Constitutiones, & primo quidem, cum quidam nefarii, quorum nomina adhuc erant ignota, Joannem Franciscum Nicoterensem Episcopum in ipsa sua urbe trucidassent, tam detestabilis criminis reos & conscientia excommunicationem, ceterasque penas Canonicas incurrisse, die vigesima tertia Februarii declaravit: Auctorem expugnandæ Candiaë periculo Pontifex die octava Aprilis & decima septima Julii omnibus Italiae fidelibus indulgentias concessit, ut divinam operam implorarent pro Candia, & Creta Regno a Turcarum oppressione liberando. Eadem die omnibus Religiosis cujuscunque Ordinis, præsertim Jesuitis in Provincia Societatis vel alibi in Japonia aliisque Insulis Regni Italiae Orientalis ac Chinæ morantibus inhibuit, ne sub quocunque prætextu mercaturam & profanam negotiationem exerceant. Præterea idem Pontifex die sexta Julii edito diplomate Apostolico novam erexit Congregationem, quæ Indulgentiarum curæ, & sacrarum reliquiarum examini, rectæque dispositioni incumberet. Die autem decima tertia Septembris confirmavit & extendit Alexandri VII. decretum contra Ecclesiasticorum abusus in Insulis Orientalibus

Vid. supra
l. 204. §. 25.
t. 62. p. 508.

ex qua
, & pri
rii, quo
a, Joa
Episc
ent, tam
conscia

que po-
vigefima

ucto m-
culo Poe

ma sept
libus in
am opes
Crete
e liber
Religio
im Jefe
l alibi
ni Indi
ous indi
extum
ciatione
Pontif
e Apof
nem, qu
arum re
e dispos
n decim
& exten
n contr
lis Orie
talibus

Sæc. XVII crederetur: nihilominus pro ea, quæ
A. C. 1669. semper præditus erat, animi magni-
tudinē præcipitem hunc casum revocata
veluti viribus adhuc eluctabatur, &
mente omnino integra Purpuratorum
Senatum convocari jubebat, cui etiam
eloquentia vocisque intensione super
brevis morientis morem ac fidem vivæ
Ecclesiæ salutem, & futuri Successoris
electionem commendans, simul om-
nes novos, ut memoravimus, Cardinales
nominabat. His ita dispositis nego-
tium ordiebatur omnium ponderosissi-
mum, totius scilicet vitæ & ætatis
excusationem, qua facta sacris Ecclesiæ
sacramentis muniri petens, declina-
bat, eam sibi esse voluntatem, ut
mortuo nullum honorificum erigeretur
monumentum, sed rudi marmoris
pavimento Basilicæ Liberianæ hæc
taxat verba insculperentur: *Cle-
mentis IX. P. Cineres.* Tandem vero
crebras pœnitundinis lacrimas, &
inter mis e sensibus proruptas ad Deum
perces die nona Decembris insolito
& Orbis luctu decessit, anno ætatis
vix non septuagesimo, Pontificatus
cundo cum quinque mensibus & novem
decim diebus.

§. CLV.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.*Hujus Papæ gesta in Pontificatu.*

Exiguo Pontificatus sui tempore Clemens sane magna fecit, & majora, si diutius vixisset facere meditabatur; quocirca immerito illum non nemo livido hoc carmine fugillabat:

Contigit hoc nunquam, Papam decedere, de quo

Nilque boni possis dicere, nilque mali.

Celebratur ab ipsis etiam fidei nostræ Adversariis ob animi candorem, morum integritatem, clementiam, pacisque studium: quanta enim sollicitudine pacem Gallum inter & Hispanum Reges conciliare adlaborarit, testantur ipsius Ludovici XIV. ad eundem literæ profecto memoratu dignissimæ, quarum tenor erat sequens:

Beatissime Pater!

Tabellarium, qui has nostras literas Sanctitati Vestræ reddet, citatis equis ad urbem mittimus, ne gaudium differatur, quod Sanctitati Vestræ afferet pacis nuntius. Minime dubitamus, quin sanctitas Vestra idem hac de re judicium factura sit, quod nos ipsi facimus, ubi ab Oratore nostro Duce de Chaulnes omnia singillatim cognoverit, quæ heri cum Regis Angliæ, & Hollandicæ

Ee 3

Rei-

Sæc. XVII *Ripublicæ Legatis acta hic sunt, de quibus*
 A. C. 1669. *eidem Oratori mandavimus, ut Sanctitatem*

Vestram diligenter edoceat. Interim non
affirmare possumus Sanctitati Vestræ, quid
quid nos operæ impendimus, quidquid de
nostro jure remisimus, ut gravissimum ipsius
opus ad statum, in quo nunc est perducere
mus, respexisse imprimis sanctitatis Vestre
voluntatem, quam probe novimus, nihil in
hac vita flagrantius cupere, quam exitum
huius belli. Et sane potissimum incitantem
tum, quo adducti sumus, ut maxima res
nostra jactura (si, quæ in fortuna res nostra
essent, consideretur) arma usque ad exitum
sequentis mensis inhiberemus: in eo fuit,
Thebarum Archiepiscopi extraordinarius
Sanctitatis Vestræ Nuntii postulatis
saceremus, cum is quatuor abhinc diebus
nostram secretam audientiam accessisset,
hac de re sermo arma nobis de manibus
cussit in eo rerum ac temporum articulo
quo videmus nobis sine impudentiâ nota
affirmare intra paucos menses in potestatem
nostram concessuras fuisse præcipuas
urbes frustra abnitentibus, quicunque ad
sarios nostros tueri voluissent: Sed non
missæ tam præclaræ occasionis rei bene
rendæ nunquam pœnitebit, reputantes
derationem animi nostri Pontificatus
tatis Vestræ eam gloriam peperisse,
supra omnium decessorum suorum memoriam
ipsius nomen extollit: cum Sanctitatis Vestre

*Authoritas ob Venerationem, quam nos Sæc. XVII.
uni ipsius personæ hac in re detulimus, pa- A. C. 1669.
cem inter omnes Christianos Principes san-
xerit, quod sane multis abhinc sæculis
Christianæ Reipublicæ videre non contigit.
Impense interim Deum rogamus Beatissime
Pater, ut Sanctitatem Vestram Ecclesiæ
sue bono quam plurimos annos servet in-
colorem. Datum apud S. Germanum die
16. Aprilis 1668. Sanctitatis Vestræ.*

Devotissimus Filius,
LUDOVICUS Rex.

Quanto autem studio Principes Chri-
stianos imo ipsos etiam Persas, alios-
que Asiæ Reges ad arma contra Tur-
cas stringenda, & opem Venetis feren-
dam incitarit, jam sæpius memoravi-
mus. Præterea in virtutum, quas a
teneris excoluerat, exercitiis Pontifex
consenuit, ipse quoque in Basilica
Vaticana per plures horas confessiones
accepit, Nosocomia, & Martyrum se-
pulcra aliaque loca religiose ac frequen-
tissime invisit: Excelluit pietate in infir-
mos & pauperes, præcipue peregrinan-
tes, quorum duodecim quotidie in suo
Palatio convivas habuit, eisque infer-
viit: cum autem quidam Nobiles hæ-
retici, Pontifices omnes incredibili su-
perbia tumescere, a suis Prædicanti-
bus falso edocti, ut propius eum co-
gnosce-

E e 4

Sæc. XVII. A. C. 1669.

gnoscerent, pauperum peregrinantium vestes induti sese dilcumbentibus iungerent, se suorum Præconum commensatis delusos experti, hæresin ejurarunt. Erat insuper hic Pontifex a Nepotum affectu, eosque ditandi studio alienus, ut in Thomæ in ætatis flore decedentis morte nequidem ad momentum tristis esset, & Vincentium alium Nepotem in Cardinalium inauguratione paucis ante obitum suum diebus facinorosum incassum multis acriter stimulantis ad Purpuram evehere recusaret, & ditissimas nobilissimarum Virginum nuptias aliis suis Nepotibus oblatas nisi coactus consentiret, ac denique totam suam familiam beneficia parca manu effunderet, ut unquam Rospilosana stirpe Pontificem Maximum prodiisse, nemo crederet: Tanto etiam propriæ gloriæ contemptu, & humilitatis studio eminuit, ut quamvis perfecta suorum Prædecessorum opera ipse perfecerit, nunquam tamen suum nomen aut insignia affigi permitteret: Denique reparandi Divini cultus studio accensus, a Ferdinando Bavariæ Electore obtinuit, ut in Patrimonio Superiori decem S. Benedicti aliorumque Ordinum Monasteria, quarum proventus Ferdinandus II. Imperator Maximiliano Duci in expensas

compensationem cesserat, suis quæque Sæc. XVII.
Monachis & disciplinæ Regulari, quæ A.C. 1669.
centum viginti ferme annis ab hære-
ticis exulare iussa erat, restituerentur.

§. CLVI.

*Diæcesanæ Synodi Monasteriensis
decreta.*

Eodem hoc anno Christophorus Ber-
nardus a Gallen Monasteriensis Epi-
scopus denuo binas Synodos Diæcesan-
as, & quidem primam die secunda
Aprilis, alteram vero decima quinta
Octobris celebrabat, ubi innovatis
priorum Synodorum statutis decretum
Alexandri VII. die trigesima Januarii
Anno hujus sæculi quinquagesimo nono
editum circa Regulares exacte obser-
vari præcepit, declarans, quod Regu-
lares Ordinum Mendicantium semel ab
uno Episcopo approbati non censeantur
approbati in aliis Diæcesibus absque
nova Episcoporum approbatione, nec
etiam sine Episcopi facultate a casibus
reservatis absolvere queant. Pariter
executioni mandari voluit Gregorii XV.
Bullam, quæ incipit: *Inscrutabili*, circa
Confessariorum approbationem, Sacra-
mentorum administrationem, Sancti-
monialium Monasteria, earumque clau-
suram & regimen.

*Concil. Germ.
tom. 10.*

Ee 5

§. CLVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CLVII.

Quædam SS. Congregationum decisiones.

Decis. S. Congr. Rit. Episc. Reg. Conc. &c. Exstant quoque plures SS. Congregationum Romanarum decisiones hoc anno emanatæ, & quidem prima die vigesima tertia Martii sacra Rituum Congregatio declaravit, haud decere, ut Magistratus, stantibus Vicariis Generali & Canonicis, sedeat testis capite coram Episcopo in Presbyterio. Decisum quoque die prima Maij a Sacro Concilii Congregatione, quod Regulæres cujuscunque Ordinis, qui ad Monachialium Monasteria etiam exempta ab eorumque legitima facultate accedunt etiam ad breve tempus cum eis colloquendo, peccent mortaliter. Declaravit quoque S. Rituum Congregatio die octava Junij, quod in officio de die infra Octavam Corporis Christi non legatur novella lectio de festo simplici, si vero festum simplex occurrerit eo die, quo fit de festo duplici infra eandem Octavam tunc non omittatur, sed legatur novella lectio de eodem festo simplici. Denique S. Immunitatis Congregatio die prima Octobris statuit, quod si de signis poenitentiae datis, & de satisfacta parte constiterit, Vicarius Generalis excommunicatus.

municatum mortuum absolvere possit, *Sæc. XVII.*
 imo etiam absolvat juxta suas ordina- *A. C. 1669.*
 rias facultates committentes homici-
 dium in loco immuni auctoritate pri-
 vata: qui vero profugum extrahit ab
 Ecclesia ex odio & inimicitia animo
 illum percutiendi, censuræ quidem
 subjaceat, ab ea tamen absolvi possit
 auctoritate ordinaria.

§. CLVIII.

*Scriptorum Catholicorum opera &
 obitus.*

Inter celebriores Scriptores Ecclesiasti- *Witte Diar.*
 cos hoc anno defunctos suis lucu- *Biog.*
 brationibus præcipue inclaruerunt. I. *Echard*
 Martinus Curæus de la Chambre, qui *Script. Ord.*
 celebre opus edidit de causis Nili in- *Præd. Bibl.*
 undationis, quam Nitro adscribit: scri- *Carmel. t. 2.*
 psit etiam elegantem librum de cha-
 ractere passionum, tractatum de arte
 cognoscendi homines, systema animæ,
 & de Philosophia Platonica, cujus tan-
 tum aliqua pars scilicet discursus de na-
 tura Divina exstat, reliquum autem
 est deperditum: vulgavit insuper plura
 alia Philologica. II. Joannes d'Ave-
 gan posteris reliquit tractatus de ma-
 trimonio, de jure Patronatus, de cen-
 suris Ecclesiasticis, de Pontificia, &
 Regia potestate. III. Leander de SS.
 Sacra-

Sæc. XVII. Sacramento Ord. SS. Trinitatis Excol.

A. C. 1669. ceatus edidit septem tomos Theologie

moralis. IV. Nicolaus de Fermoio Astruricensis Episcopus publicis typis vulgavit notas in libros Decretalium, tractatus de officiis & sacris Ecclesie, de legibus Ecclesiasticis, de potestate Capituli Sede plena & vacante, præter alia nonnulla. V. Aloysius Comes de S. Severino edidit Considerationes spirituales, librum de oratione ex SS. Patribus, catenam SS. Patrum in quatuor Evangelistas, acta Apostolorum, Psalmos, considerationes super Mysterium incarnationis & motiva amoris Divini. VI. Antonius Escobar ob doctrinæ moralis laxitatem famosis illustratus, cujus Theologia moralis illius ævi Casistis adeo grata erat, ut trigesimo octavo prælo subjiceretur: editum insuper commentaria in V. & N. Testamentum, necnon in Evangelia Sanctorum præter summulam casuum conscientie & praxin Confessariorum. VII. Joannes Antonius Velasquez inde socius, scripsit commentaria in Psalmum C. & in epistolam ad Philippenses, tractatus de Eucharistia, de S. Maria Advocata, & conceptione immaculata B. V. præter rationes Regi Catholico exhibitos circa Breve Alexandri VII. de celebrando festo Immaculatae

culatæ Conceptionis. VIII. Thomas le Blanc Jesuita edidit sex tomos comment. in Psalmos præter alia exegetica & moralia. IX. Dominicus de Marinis Ord. FF. Præd. Avenionensis Archiepiscopus, typis vulgavit commentaria in summam D. Thomæ, & decreta Synodi Avenionensis. X. Julius Mercorus ejusdem Ordinis Theologus, prælo subjecit praxin opinionum adversus nimis emollientes vel nimium exasperantes jugum Christi, in quo opere sæpius, modeste tamen, laxiores Escobari Jesuitæ aliorumque opiniones carpit, edidit quoque solutiones trium nodorum, & apocrisin pro doctrina de probabilitate contra apologiam Caramuelis. XI. Raymundus de Valle, ejusdem Instituti, Sinensis Missionarius, qui tractatus de anima hominis, de corpore animato, de rebus Sinicis, & illicito Confutii cultu conscripsit, impugnavitque a Yang-Kuang-suen objecta contra legem Christianam. XII. Joannes Petrus a Matre Dei ex Ord. Carmelitarum Excalceatorum Alepensis in Syria Missionarius, edidit contra Monophysitas doctrinam Christianam & exercitia a Christianis Syriis observanda, præter tractatus varios controversiarum pro veritate Ecclesiæ Romanæ. XIII. Maurilius a S. Michale ejus-

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

Sæc. XVII. ejusdem Ordinis edidit iter Insularum
A. C. 1669. Camericanarum in America, Relationem
 variis piis cogitationibus & notis tam ex omni America, quam aliis Regionibus adornatam, quomodo Carmelitæ Turonenses in prædictis Insulis stabiliti? & Phylologiam sacram, seu discursus Morales in plantas S. Scripturæ Symbola mysteriorum fidei & veritatum Christianarum.

§. CLIX.

Acatholicorum Scriptorum lucubrationes, & decessus.

*Alb. Cartes.
 & Coc.
 Sagit. in
 trod. ad
 hist. Eccl.*

Ex Scriptoribus Acatholicis, qui hoc anno vivis excefferunt, primas tenet Joannes Cocceius Calvinista, quædam Fæderalis, ut vocant, Theologiæ æstimator novum systema excogitavit, qui tamen Gisbertum Voetium aliosque acerrimos hostes in caput suum accersivit, atrocibusque calumniis, convitiis, libellis famosis, ac vernaculis popularibusque scriptis ausam præbuit, quæ, ut inquit Spanheimius, non modo a Concionibus, Catechesibus & conventibus non abfuere, sed etiam ad lixas, trifores, idiotas, & mulierculas, etiam cum dissidentium fratrum contumelia, sarcasmi

salibus, ac mordaci aceto fraterna minus Sæc. XVII.
conspiratione transmissa sunt, Ceterum A. C. 1669.

Cocceius edidit commentaria in omnes
 fere S. Scripturæ libros, summam do-
 ctrinæ de fœdere & Testamento Dei,
 commentarium in Catechismum Hei-
 delbergensem præter alia posthuma.
 II. Joannes Quistorpius scripsit cate-
 chesin Antipapisticam, Repetitiones
 Decalogi, Nebo, unde perlustratur terra
 sancta, pia desideria &c. III. Samuel
 Clercke operam suam contulit ad va-
 rias lectiones & observationes in Chal-
 daicam Paraphrasin & Biblia Poly-
 glotta. IV. Paulus Ferrius edidit spe-
 cimen scholastici Orthodoxi, ejusque
 vindicias, extremam desperationem
 traditionis contra Scripturam, cate-
 chismum generalem reformationis &c.
 V. Joannes Dillherrus elucubravit to-
 mos duos disputationum Theologico-
 Philologicarum, Icarum Academicum,
 Atrium linguæ sanctæ, Historiam Con-
 fessionis Augustanæ, notas in Cantica,
 tractatum de Theologia rite addiscen-
 da, Chronologiam Ethicam, præter
 alia plura Teuthonico idiomate scripta.
 VI. Joannes Maukischius scripsit notas
 Philologico - Theologicas notitiam
 Dei naturalem explicantes, scripta
 Antipapistica, Antispanheimium, Anti-
 Zwicke-

Sæc. XVII. Zwickerum, signa salutis Domini, &
 A. C. 1669. Disputationes Apologeticas contra Ma-
 resium & alios. VII. Carolus Dre-
 lincurtius vulgavit consolationes Ani-
 mæ fidelis contra terrores mortis,
 honorem B. V. debitum, triumphum
 Ecclesiæ, librum contra sanctæ liber-
 tatis Authorem, Dialogen contra Mi-
 sionarios, preces pro Regno & Regi
 Franciæ, defensionem Calvini, Sy-
 nopsin controversiarum cum Ecclesiâ
 Romana, responsum ad Ernestum
 Hassiæ Landgravium præter alia
 pauca gallice scripta.

